



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

Mensis Ivnivs

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

MENSIS IUNIVS

P R I M O D I E

P. I A C O B V S
SUAREZ.I A C O B V S R V I Z
COADIUV.Hispanus
Murciae. 1.
Iunij 1666.

Vnc Valentia iratus
Pater quod Societa-
te deserere nollet, in
templo stricto ferro
aggressus est, vt illum
vel e vita, vel e Socie-
tate tolleret sed Iacobus illum in Col-
legium abductum prudenter tran-
quillauit. In Societate, Missionum in-
dustria; dexteritate; labore praestans,
& magni nominis vir fuit Iacobus.

Lingua.

Verecundum illi domi silentium, &
modesta lartia: lingua potissimum,
adducto semper frano, vigil, ne qua
offenderet. Eapropter post consue-
tum a mensa colloquium, statim in-
trospiciebat in sese, an non dixisset
aliquid, quod silentium potius mere-
batur. Os, oculi; vultus hominis e-
rant, velut orantis perpetuo, noctis
quoque parte, non minima orando
exacta. Murciae S. Clarae moniales se-
mel, atque iterum annuauere ad Col-
legium, supra tectum Collegij flam-
mam, & grande incendium apparere.
Pater Minister, & Ianitor nil in Tecto
vident, & particulatim lustrant cubi-
cula, inueniunt orantem in conclau
Iacobum, atque a terra sublimem,
neque quicquam eos, qui aderant ad-
uertentem. Accitus Rector idem con-
spexit. Mors illum opportunè occu-
pauit cum S. P. Ignatij exercitia obijf-
set.

Exercitia.

IN cocimunere per annos 30. magno
labori magnam pietatem in diuino
potissimum Sacrificio audiendo con-
iunxit. Noctis quoque partem labori-
bus dabat, vt mane sacrificijs pluribus
interesse posset. Beatæ Virginis Offi-
cium, vsu perpetuo attriuerat, sed il-
lud persona nobilis ab eius morte in
prelio habuit. Totis 30. annis, ne se-
mel quidem petijt domo exeundi fa-
cultatem, vt animum relaxaret. Pro
hoc mortuo Alphonsus Rodriquez
Coadiutor Beatissimæ Virginis Coro-
nam recitabat, cum illum in caelo laeto
aspectu hilarem ad Beatissimæ Virgi-
nis Matris latus, ceu addictum sem-
per, & charum Deiparae clientem,
aspexisse sibi est visus, & ab eadem
iustus, eâ de re alios etiam reddere
certiores.

Hispanus
in Insula
Maiorica. 3.
Iunij 1601.
Soc. 33.

Mortific.

B.P.

P. A N D R E A S
BARPI.

HVnc Patavij litteris operam dan-
tem, & inter coortas rixas ignea
glande in tibia vulneratum prostravit,
ac lecto affixum, eâ occasione expege-
fecit ad æterna Deus. Societati adiun-
ctus, absolutæ ad omnem religiosam
laudem virtuti se dedit, adeo vt vene-
rationi esset, ac etiam admirationi
magna eius modestia, precandi stu-
dium

Italus Ro-
mae. 1. Iunij
1630. æt. 49.
Soc. 26.

O 3

dium

Charitas.

dium, sui victoria, dexteritas obediendi, & gubernandi. P. stem, & mortem hausit inter obsequia gloriae charitatis.

BLASIVS SCHELLING COADIUT.

Germanus
Ebersperger,
1. Iunij 1632.
æt. 78. Soc. 13

INtegrissimi ad vigilandum, orandum, laborandum exempli vir, cum,

II. DIE IVNII.

P. LVDOVICVS CORBINELLVS.

Italus Romanus.
1. Iunij 1591.

Vocatio.

Aderat anno 1559. in Gallia lato primùm, sed postea tetro spectaculo Ludouicus, quando Henricus II. Galliae Rex Elisabethâ filiâ Philippo Hispaniarum Regi, alterâ Claudiâ Lotharingiae Duci Carolo, Margaritâ sorore Emanuelli Sabaudiae Duci collocatâ, ipse in cerramine hastâ colludens; in oculo hastae fragmine ira est vulneratus, vt vndecimo post eas nuptias, & certamen, die mortem oppeterit. Et sic exitium tandem pro exitu habere humana gaudia sapienter meditatus se Societati addixit; quam, & virtutibus, & collatis in Collegium Romanum beneficijs, impense ornauit. Decumbebat in Romano Collegio eodem tempore. quo Beatus Aloysius; & hac nocte Aloysio absenti licet alio in conclau apparuit, vt narro in pretiosis occupationibus morientium, vbi sic: Beato Aloysio, tertio visus est, vehementi dolore velut æstuans, & dicens. Tempus est, mi frater, iam me Deo enixe commendandi, cumque adorandi; vt hanc acerbitatem grauis, & periculosi doloris, quo discrucior, patienti, forti-

irrupente milite Suecico, hæreticis S. Sebastiani reliquias, ac thesaurum prodere iuberetur, fronte fure contorto constrictâ arbori alligatus; IESVS MARIA, aiebat, thesaurum non scio. Quare funis & caput illi gladio filium est, cerebrumque dispersum; cadauer fimo contactum.

Reliquia.

que animo ferre possim, quando, nisi singulari Dei ope confirmem, eum, pro ut par est, me ferre posse diffidam. Paulò post iterum se illi ostendit, vehementius etiam, quàm prius obtestans, vt ardentibus precibus, subsidio veniret. Denique tertium Aloysium sic compellat. Iam, iam mi frater huius miseræ vitæ calcem propè contingo. Ora Deum, vt hanc migrationem feliciter euenire, proque sua benignitate, me immortalis gloria beare velit. Ibi me, pro te vicissim precari, non fugiet. Et illa ipsa nocte mortuus est Pater Corbinellus: de quo B. Aloysius P. Bellarmino dixit: absque mora Purgatorium transiisse.

Mort.

P. ANTONIVS SARDVS.

Foris ante initam Societatem fuit magni per Siciliam nominis Medicus. Verùm auditâ manifestâ voce ex alto lapsâ, quæ dicere videbatur: *Veni post me: faciam, te fieri medicum animarum.*

Siculus Medicus.
sanctus. 1. Iunij
1592.

Vocatio.

Vide 8. Aprilis hic.

MICHAEL

MICHAEL HERRERA
COADIUT.

Christianæ humilitatis exemplo memorandus.

P. ANDREAS
DE CAZORLA.Hispanus.
Romæ 2.
Junij 193.
ætat. 81.
Soc. 24.

Humilitas.

Hic utramque fortunam expertus, cum auctoritate valeret, se tamen ad humilitatem Coadiutorum in Societate demisit. De illo Collegium Romanum ita scribit: Is iam grandis natu Societati se adiunxerat tædio rerum humanarum. Nam ut erat genere, consilio, auctoritate excellens, carus fuerat Carolo Quinto Augusto, Cuius missu primum in Anglia apud Reginam, deinde Constantinopoli apud Solimanum Turcarum Imperatorem legationem obierat. Sed bello inter Carolum, & Turcam exorto, diu in vinculis habitus, ut primum euasit, mortalem cum æterno Domino commutare decreuit. Erat iam propè sexagenarius, sed corporis, ac virium robore præditus. Adseitus in Societatem, et si consilio, ac rerum humanarum vsu longè præstabat, tamen quò magis excellebat, hoc se gerebat submissius, & ad seruilis officia libentius descendebat. Illud autem maximè memorabile, quod cum Patre Franciscus Borgia Præpositus Generalis ei sacerdotium deferret, atque, ut acciperet vehementer instaret, Herrera, constantissimè recusauit, se tanto munere indignum prædicans, sibi què longè oprabilius esse humilem, abiectamque vitam degere. Quod quatuor, & viginti annos, quibus in Societate vixit, perpetuò fecit vir externis æquè, ac nostris propter amabiles mores, egregiamque in omnes charitatem vnicè carus, & scilicet insigni

Hispanus.
Hispani. 2.
Junij 1649.
ætat. 82.
Soc. 65.

Hic etiam inter Hispalenses heroes occubuit magna victima charitatis vbi de illo in annum 1649. ita scriptum: Hunc inter prima sua decora laudat Bætica, virum potentem auctoritate operis, ac sermonis, & virtutis ordinariam supergressæ, siue tertij anni Patres erudiret ad summa sanctimonie compendia, siue sacras expeditiones adiret, siue per Vrbes Christianæ fidei rudimenta doceret, paruulosque duceret, ac velut scintilla in arundinetis, etiam in deuera iam ætate, discurreret; siue ad Nostros Rector, aut externos pro Concione diceret, siue pro sacro Tribunali assiduus, & magno pollens consilio, ac animorum tractandorum peritiâ, sederet; siue familiari colloquio uteretur; vbi que magni nominis, & ad voluntates Deo deuinciendas persanctè dexter, hisce laboribus, die noctuque imminebat. In ipsis quoque diuersorij, diuitem in choros familiam vnà cum Patrefamilias, ut è ritu Rosarij Deiparæ salutem angelicis verbis repeteret persuasorij artibus adducebat; partem in omnem felices impetus capiebat, vbi que id, quod vnum præ alijs necessarium est omni, eloquentiæ suæ vi, & arte inculcans, ut detestabilem noxam mortalis diritatem pernasse omnes discerent, ac odisse.

Concilio.

P. Alphonfus de Miranda. Vide 3. Iulij.

III. DIE IVNII.

P. P E T R V S
V R A G O N I T I U S .Croata Za-
gabri. 3.
Iunij, 1617.Ch. istus.
27.

Operarium.

Hic nobilis, tunc adhuc adoles-
cens, nomen in Societatem de-
derat, cum ex insidijs in capite
fuste vulneratus, & ad extrema reda-
ctus, clarâ luce Christum specie resur-
gentis, & cum eo Beatissimam Virgi-
nem vidisse dicitur audiuisseque hanc
dicentem. Quid huic, an id, quod pe-
tit faciemus? Respondit Matri Chri-
stus: sine, mater, modicum opus est,
ut laboret. Et confestim consanuit, per
30. annos per Vngariam, & Croatiam
eximius in omni munere cathedræ,
Pulpiti, ac reliquis officijs. Vnus hic
fuit è duobus, qui Societatem in
Croatiam induxere.

P. Q V I N T I N V S
C O V S I N .Belga in
Goano Iri-
nere. 9.
Iunij 1618.

Mort.

Pietate, modestiâ, studio animarum
fuit insignis cum viueret: moriens
agebat gratias Deo, & optabat breue,
quod reliquum erat temporis, patien-
do transigere. Is, qui adfuit morienti
scribit, illum in ipso mortis, ac vitæ
vestibulo in hæc verba sensu magno
identidem prorupisse: *Arctâ via, qua*

ducit ad Cælum, arctior, arctissima. Ter-
rorem hæc incussere; ac lacrymas ex-
cussere non paucis, ira illa repetebat,
ita suo metu omnes erudiebat. Mox
oculis in cælum sublatis, & iunctis
manibus paratè conqueuit in suauem
mortem admirandæ virtutis cogno-
mento vulgo laudatus, *Mort.*

P. F R A N C I S C V S
D E M E N D O Z A .

Nobilitate, ingenio, pietate inter
paucos illustris, Domi cunctus
tenebatur, ne ad Societatis tyroci-
nium proficisci posset, quod urgebat,
per fenestram ausus est sese dimittere
ita euolauit, Orator, Philosophus,
diuinæ Scripturæ Doctor, Ecclesia-
stes, Superior, scriptor ac religiosus
talis, ut Præpositus Generalis illum
in his omnibus dixerit virum nume-
ris omnibus absolutum. Honoris mi-
rum in modum fugitans, nunquam
de vlllo mortalium non honorificè lo-
cutus est. Ad Regulas ita vigil, ut nul-
lus illum vllius legis laxatæ reum vn-
quam aduerterit. Summum laborem
coniunxit cum summo ingenio. Pran-
dium illi tenue; cœna vix vlla; quo-
tidiana sui verberatio, Concio num-
quam sine cilicio. His ille actibus vir-
ginitatis perpetuæ decus feliciter cu-
stodiuit.

Lufitanus
Lugduni,
Iunij 1616.
ætat 31.
Soc. 19.
Vocatus.

Regulæ;

Concionis
Mortificæ.

IV. DIE

IV. DIE IVNII.

P. ALEXANDER
GEORGIUS.P. CORNELIUS
BEVDIN GODINEZ.Gallus Paris.
f. 4. Junij
1651. et. 8.
Soc. 13.

Patientia.

IN hoc viro, cum Parisiensi Collegio Rector præfesset, ac in terribilissimum carcerem detruderetur, & pro Tribunali, Regiæ necis intentatæ, adcoque læsæ Maiestatis reus ageretur; & innocentia, & mirabilis animi fortitudo religiosè triumphare est visâ. In ærumnosis ergastuli tenebris, tenerrimus illi vsque ad vberes lacrymas pietatis fuit sensus; animus verò tam sui compos, vt pro Tribunali eos, quos aduersarios habuerat, habuerit salutis, ac libertatis suæ acerrimos defensores. Difficillimis obsidionis famis, ac terræ illius infamiæ temporibus gubernauit, vultu semper ad charitatem composito, & prudentiâ nullo timore attritâ. Ita Parisiense Collegium, ita Domum Professam, ita Prouinciam Aquitaniæ rexit. Pauperum, & paupertatis sui valdè studiosus. ad omnem dictis parendi facilitatem tam cereus, etiam senex, quam vllus tyronum esse, aut solet, aut potest; tam fortis, vt proverbiè diceretur, illum si quidem iuberetur, id quoque ausurum quod nemo alius auderet. Vnde non sine intolerantiæ quodam sensu infensus erat illi inertia, quæ audet labores ab obedientia præstitutos excusando declinare, atque alienis humeris tentat iniicere. Morientem tenerrima pietas, & fortissima intercalculi dolores patientia coronauit.

Obed.

Regula.

Concionati
Mortificati.

Hunc nullius vnquam violatæ nostræ legis reum fuisse dixere attententi quidam, qui eum pernouere. SS. Eucharistiæ Sacramentum septies quotidie visitabat. Cum in Indiam proficisceretur, fœmina sanctimonie opinionone celebris illum hortata est, vt iret porro; quippe vitam istic morte in fidei odium inferendâ feliciter clausurum, Per trimestrè Cynaloanæ, ac Mexicanæ linguæ artem ita perdidicit, vt istam ad leges Onomasticumque scitè redegerit. Crucis signum pro templi propylæo, tanquam fidei labarum, defixit, breui post ab irridente Ethnicorum manu, Sabbato, inter probra, quod Hispanis sacrificijs sacrificulus ipse præfesset, quodque indigenas peregrino dogmate ab idolis auerteret, ad templum & aram vsque, non sine copiosâ sanguinis effusione pertractus est. Inde verò in templi atrium iterum, ac cœmeterium, & ibi variè hæc atque illac ad crucem vsque raptatus, in eiusdem crucis amplexu hærens, dum adducto vtrinque fune strangularetur, bis Indicâ clauâ percussus, telisque confossus & interiectus est; sacrificulo barbaro in sacrificali veste sacris aris, insultante. Post biennium eius corpus incorruptum repertum esse perhibent qui videre; dicentibus barbaris; illum fuisse occisum non aliâ de causâ, quippe in omnes amicè beneficium, quàm quod Indorum, ac maximè tenerioris ætatis, capita, aquâ perfudisset.

Belga apud
Tarauma.
renes. 4.
Junij 1650.
ætat. 40.
Soc. 15.

Euchar.

Fides.

P. IACOBVS
VALESIUS.

Hibernus
Vaterfor-
die 4. Iunij
1650 æt. 33.
Christus.

Occubnit hic heros inter Victi-
omas charitatis cum laboraret a-
pud peste contractos. Angelica illi ani-
ma, & corpus ab omni impudicitiae
forde semper immaculatum, ac felix

V. DIE IUNII.

FRANCISCVS LOPEZ
COADIUT.

Hispanus
Lima in
Peru 5. Iunij
1600 æt. 85.
Soc. 41.

Humilis.

Lingua.

Ante initam Societatem lauta illi
domi res erat, cuius trifariam
diuisa, partem Patribus sancti
Francisci, alteram ijs, qui ad eius por-
tam aduentabant pauperibus, tertiam
suae domus vsibus impendebat. E
Generali Regni Peruanii Visitatore
Societatis Coadiutor factus est, quic-
quid illum ad sacros ordines inuira-
rent Superiores, & Archiepiscopus,
ac alij flagirarent: Linguae suae hanc
legem posuerat, & seruabat, vt ra-
ro, parum, & non nisi vigente ne-
cessitate loqueretur. Pluribus occu-
patus, tanta dexteritate, ac pietate
agebat omnia, quasi nihil a-
gendum haberet, nisi caelestia. O-
randi, & lachrymarum dono fuit
praestans. Mortem, quam praedixe-
rat hora, oppetiit. Plura de illo
in vita.

citra omnem grauiorem noxam vitae
totius innocentia, arque ad illustre
illud mortis decus. Cuius mortis ag-
gressioni par fuit, & nusquam impa-
ratus, felici ad nobilissimos quosque
Ecclesiae asserendos ingenio ac mo-
nendi arte praestans, quanto ma-
iore comitate tanto feliciore efficaci-
tate.

P. BERNARDINVS
ROSIGNOLIVS.

Dilectis illi, & ad refectionem aptus
natus agendi tenor. P. Iosephus
Alamannus in suis ad Patrem Mu-
rium Vitellescum Italiae tunc Assisten-
tem 9. Iunij datis ait, rem esse certissi-
mam, quam narabo sibi que plene
vigili contigisse. Assatum se, ac suavi
complexu constrictum, & a lectulo
non nihil eleuatum a vento, seu aurâ
quapiam, quae a ianua veniebat. Sen-
sisse tunc se tenero quodam gaudio af-
flari, ac subortum sibi lumen quod-
dam in quo citra vllam dubitationem
peruidebat hanc significationem a-
moris esse ab anima Patris Bernardini
Rosignolij, quae tunc migrarat è cor-
pore. Exclamasse se contestim: ô Pa-
ter, ô Pater! illo veid euanescente
adiecisse: Obsecro fiat in me Spiritus
tuus duplex. *Mox requiem aeternam* illi
de more precatum: & ad fuisse, qui
Patrum Bernardianum expirasse nunci-
abat. Id veid ab illo sibi ed factum
interpretabatur pro grati animi signo,
quod heri pro felici illius transitu di-
uinum sacrificium obtulisset. Quin-
quennio, a morte cadauer illius inte-
grum.

Italus Tur-
rini 5. Iunij
1613.
Soc. inge.
865.

Mort.

Cura mo-
rientium.

grum, illibatumque, ac recens fuisse testati sunt, qui videre Illius in Asceticis peritiam testantur libri ab illo conscripti.

P. IOANNES DE RIBERA.

Hispanus
Man. 12. 5
Junij 622.
Stat. 57.
So. 140.

Vocatio.

Humilitas.

Oratio.

Casus.

8. V.

AD Societatem venit, illa sibi canens: *Fallax gratia & vasta est pulchritudo*: ea occasione quod sanguinea cuiusdam suae pulchritudinem, tantâ oculorum admiratione laudatam, vidisset in morte repente miserandum in modum foedatam. In Philippinis, & docuit, & rexit; difficillima negotia, & navigationis arumnas feliciter exantlavit. Si a Superiore moneretur, vocem illam lubens accipiebat, tamquam a Dei momentis ore profectam. Nunquam Socium, nunquam famulum ad cubiculum curandum admisit, etiam cum praesent. Plures illi noctes oranti inter lacrymas effluxere. Adolescens cum esset, obscenas procacis foeminae preces, & semel vim quoque, superavit, quando cum vestis partem, quâ tenebatur a reliquâ veste avulsam reliquit in manibus impudicis, & fugâ, pudicitiae suae consuluit. Beatissimam

Virginem pudicitiae suae custodem coluit, nec unquam de illa sine lacrymis ad populum loquebatur supremus morbus, illum a capite vsque ad calcem magnâ vulnerum foeditate implevit, gratias semper Deo agentem, & Iobi historiam ex ore anagnosta audientem. Mortis, ac aeternae vitae responsam diuinitus dicitur accepisse & quâ praedixerat die, foelix mortem appetiit.

Patientia.

P. IACOBVS TONERA.

Hispanus
Man. 12. 5
Junij 1627.

Concio.

Penitentia.

Oratio.

Fuit primus Rector Collegij Manfredami 32. quadragesimarum conciones magno labore, gratiâ, emolumento animarum exantlavit; etiam in missionibus mirè felix & inclutus. Ad locum quendam noctu appulsus, audiuit magnam istic pluuiae necessitatem esse. Postridie sereno caelo pulpitem conscendit, & magnâ vi dixit contra peccata quae caelum aperiunt non suant. Unde copiosae lacrymae ab audientium oculis fluxere. Et ante quam è templo pedem efferret, oratam a populo pluuiam caelum affluenter effudit.

VI. DIE IUNII.

P. FRANCISCVS HENRIQUEZ DE NAVARRA.

Hispanus
Eboræ 60
Iunij 1561.

Oratio.

EXperrectum illi erat ad singula, quae agebat pie, accuratèq; peragenda ingenium. Eapropter singulis, & proprijs ad officia singula precandi formulis meditatè conceptis utebatur, & *Gloria Patri*, &

Filio &c. addebat, vt illa Deo in holocaustum offerret, ac se ad illa optimè obeunda sic perurgeret. Ter quotidie humi prosternebat sese, amori, & honori sanctissimae Trinitatis. Coronâ Deiparae quotidie, ac Sabbatis etiam officio Beatae Virginis recitato, gratias agebat Deo pro amore omni, & omnibus Deiparae ornamentis. Acerimus linguae suae custos erat, & impetus illos, quibus lingua per incon-

Cultus sanctissimae Trinitatis.

8. V.
Lingua.

siderantiam fortè abripitur, torrentes vitiorum, errorumque vocabat. Ager impensè à Deo petijt, vt hic purgatorij pœnas exolueret, dolorum supplicio. Et verò impetravit, ingenti dolorum examine miserimè cruciatus, quasi mille telorum generibus laniaretur, suauissimâ postea lætitiâ succedente vsque ad mortem.

P. IOANNES
GONZALES.

Hispanus
Huetæ 6. vel
16 Iunij 1583
ætat. 30.
c. 13.

PERacto Romæ feliciter studiorum curriculo, in Hispania Philosophiam docuit, & conscientiæ quæstiones. Madriti adolescentem à dæmonis consortione abduxit, & expiavit, fremente dæmone, ac se in adolescentis conuersi conspectum dante, & quæsto, quòd cum Societatis homine egisset, ac nominatim cum Ioanne Consaluo qui multas ex inferni faucibus animas rapuerit. Tamen Consaluij consilijs, precibus, afflictationibus pro adolescente susceptis, dæmon planè pulsus deinde nunquam comparuit. Hic idem Ioannes postea animam suâ pro æterna cuiusdam salute deuouit. Rem omnem Orlandinus ita narrat in Collegio Huetensi: vt planius, inquit, intelligatur quàm hanc confirmandi migrantes animas consuetudinè Deus approbet, silentio præteriri non debet, quod de Sacerdotè nostro, religionis, officijque laude præstante nuntiatum est. Is diuino consilio tum maxime in morbum incidit, cum satis bellè se haberet; & quamquam medicorum sententiâ nihil in eo morbo putabatur inesse periculi, is tamen exploratum sibi esse dicebat, eo sibi pericundum esse: cum medici negarent, ille tamen affirmaret, & in eo perseueraret; Rector amoris arbitris hominem rogat, vade tandem id haberet

Zelus.

exploratum? Respondit se ad quemdam exeuntem de vitâ biduo ante cum accessisset, multumque ad Ecclesiæ recipienda mysteria in eo cohortando frustra sudasset, tandem ad Sacramentum discessisse; in eoque dum filium Dei gereret inter manus, supplicasse Patri per Vnigenæ sanguinem, ne hominem sine Sacramentis sineret interire; seseque, & suum caput pro eius deuouisse salute: continuoque sibi visum esse Deum id quod postulasset concedere, & quod obtulisset, accipere. Sacrificio autem vix peracto, illum clamare cœpisse, vt confessionis causâ sibi Pater adesset. Adfuisse se; hominemque absoluisse. Tum piè illum è vitâ horæ circiter interuallo migrasse. Quare æquum nunc, inquit, est, vt promissi munus exoluam, quo quidem incredibili cum voluptate perfungor. Itaque ad eam horam, quam supremam sibi esse compererat, sese comparans, cessit è vitâ, non minore suo gaudio, quàm ciuitatis exemplo. Habet eadem Nieremberg. to. 4. pag. 745. sed ait 16. Iunij obiisse.

Charitas.

M. vintus.

Sacrum

Regi a
Hus.

Mort.

Fidu.

P. SEBASTIANVS
VIERA, ET QVINQVE
SOCII NOVITII.

SParsæ sunt per Iaponiam illius Simagines; vt agnitus teneretur, id facturo promissis aureis mille quingentis. Cum paulò ante quàm caperetur diuinum sacrificium celebraret, is qui sacro aderat Paulus homo Christianus, in cuius domo id fiebat, retulit visum sibi videre Christi sanguinem veluti spumantem in calice. Capro illo, magnus plausus coortus est, quod Romanus ille Sacerdos (ita eum appellabant quòd Romæ fuisset Procurator) iam victus esset. Capti cum illo

Lustratus
Vendi. 6.
Iunij 1674
ætat. 63.
Soc. 41.

Sacrum.

Illo quinque alij, quos id *flagitantes* in carcere, pro ea quâ Prouincialis loco fugebatur potestate, ad Societatem admisit. Ad Regem accitus, per interpretes illi respondit; cum coram non daretur, ne conspecto Rege liber euaderet, iuxta eam istic legem quæ reos Regem videntes absoluit. E carcere scripsit; parum fore si centum vitas, aut si mille corpora, haberet quæ Deo redderet pro actione gratiarum. Tanto se gaudio perfundi, vt vel pro minima eius parte satisfieri posse neget, etiam perpeffis omnibus quæ ab vlllo vnquam tolerata fuere tormentis, Cum Iapon reus (ad terrorem illi incutiendum) coram illo fidiculis torqueretur, & horrendus cruciatuum apparatus illi ob oculos poneretur, inuitareturque ad Deum deserendum, respondit: Se tres iam & sexaginta natum annos à Deo beneficia plurima, & maxima, ab Imperatore autem non nisi compedes accepisse; Deum immortalem, hunc mortalem esse; nunquam se à fide abiturum, vllâ spe, aut metu eorum quæ Imperator possit seu promittere, seu minari. Iustus fidei nostræ summam scripto complecti; totâ 14. horarum intercapedine scripsit, & breuiter illam digessit à conditi orbis exordio, vsque ad extremum diem iudicij. Imperator in eo commentario legens ea quæ ille de immortalitate animæ illi lucubrationi inseruerat, exclamauit: *Bonus est hic Bonus Europæus! Et si hac vera sunt, quid nos miseri: quid n. biscum fiet?* Verum sualu auunculi, Sebastianum neci addixit. Ergo ille ad serobem ducitur, & causa supplicij conscriptâ præfertur; quod fidem Christianam prædicasset contra Imperatoris edictum. Vnâ cum quinque illis quos in carcere in Societatem cooptarat Iaponibus, toto quod super genua est corpore in foueam è pedibus pependit per totum triduum, illis

quoque superstes. Et iam antea prædixerat, se tormento fossa non moriturum. Supposito demum igne cruciatus est, & combustus, cum ei viuenti prius viscera fuissent sensim extracta, vt scribit eius socius P. Albertus Meckinski.

MICHAEL PEREZ COADIUT.

Hunc è Collegio ad peste contactos abeuntem omnes benedictione sunt profecuti. De illo ita scripsi in Heroibus, & victimis charitatis: sexta Iunij dies inter agrorum turbam occupauit Michael Perez, postquam impetratâ sacræ illi prouinciæ per dies xv. inter ducentos lue illâ prostratos impiger ad vltima quæque modicæ astinorum officia perpetuo adlitteret magno agrorum, & Parris, cui adiunctus erat, ac eorum, qui pro Magistratu rem omnem gubernabant solario. Antequam discrimen illud ingrederetur, ad singulorum, qui tunc fortè à mensâ religiose colloquebantur, Patrum pedes demissè prouolutus, & eos exosculatus, benè sibi à Superiore, benè ab omnibus dici petijt; & se hilarè ad præstitutum locum contulit. Viuacem genium, quo flagrabat semper experrecto studio, ac diligentæ robore subigebat, in omnes paciendi occasiones præparatâ mente intentus, modestus, atque ad perpetuam sui victoriam orandi præsidio visitando Sanctissimo Sacramento, & pertinentibus culinæ laboribus vsus; cum, & promi condi, & culinæ officia per diligentem, petite quæ tractaret; Valetudinario quoque perattentè ad omnia, quæ Medicus, quæ infirmi, quæ tota eius muneris ratio exigebat, temporum, ac rerum puncta promptus, & exquisitus; ita vt Coadiutorum plu-

Hispanus
H'p. l. 6.
Iunij 1649
ætat. 28.
Soc. 7.

Charitati

P p 3: rium

Etiam sicut labores, ita laudem vnus hic tulerit, & ignavis generoso exemplo præuenerit ad vires Deo totâ prompti animi, & corporis alacritate impendendas; expectatis verò, ad ge-

nerosam indolem oratione, ac visitandi domestici hospitis Christi officijs, denique magnâ laborum assiduitate subigendam.

VII. DIE IUNII.

P. BARTHOLOMÆVS
SANCHEZ.

Hispanus.
Nobayeni. 7.
Iunii 1642.
Ætat. 29.
Soc. II.

Educatio.

S. Xaver.

Cor.

Paupert. u.

Casitas.

Natus ex voto, quo Deo à parentibus antea sterilibus deuotus est Paruulo pompæ secularis horror ab iisdem iniectus, dicentibus; diuites superbos ijs quibus cum pompa vehuntur splendidis curribus; velut auriga dæmonis, ad infernum vehi suæ salutis oblitus. Videbatur sibi sensu intimo ad imitationem S. Xaverij permoueri, quòd eum videret suo ingenio valde esse còsentaneum. Et profuit id acriter præstitisse. Sanguinem è pectore quâ cor iacebat elicuit, & chirographum eo sanguine conscripsit, quo se Deo per Xaverium in salutem Iaponiæ deuouebat. Is erga Xaverium ardor illi exprobrare videbatur, si calceos novos, pileumve, aut aliud vsui suo opportunum, admitteret; quasi parum addictus ei paupertati quam exemplo suo docuisset Xaverius. In eodem, suaue, præsentissimumque præsidium inueniebat tuendæ in nitida sanctimonia puritatis, quicquid imaginum castæ menti obstreperet; visis aliquando etiam terris laruis, quæ abibant, cum ille solito magis affi-

ctus opem Xaverij imploraret. Videbatur quoque id velut à Deipara edo-

B. V.

ctus interno monitu, vt ad hanc vistoriam patrono Xaverio vteretur. Còcinnatos à P. Mastrillo Xaverij titulos, instar Litaniarum, quotidie recitabat. Aliquando Crucem ferre se debere didicit, cum 1. Decembris coram sui Xaverij effigie supplex, totam eius imaginem Cruce ingenti toto corpore coopertam vidit. Patiebatur tunc ille dulcioris è celo auræ solatiorumque penuriam; & ad plures id genus, altaque corporis atque animi molestias æquo animo ferendas est mirificè incitatus. Animo anxium, an ritè initiatus esset, ac per nouem dies pro litanâ primi sacrificij hostiâ se parantem, ipso Deiparæ natæ die manè ante quàm sacrificaret vox diuinitus confirmauit, quæ illum hortabatur, vt se in Sancti sui manibus relinqueret, patri, & eum imitari paratus: primamque hostiam Deo pro acceptis ab illo per Xaverium beneficijs offerret. Ita illi animus conquieuit. Crucis in imagine Xaverij ostensæ mysterium compleuit mors; quàm obiit à barbaro sicâ in gutture vulneratus, alio ei caput bifariam dissecante.

Cru.

Path.

B. V.

B. Xaver.

VIII. DIE

Italus f.
Ciuic S.
cobi. 8. l.
1633.

Vocatio

Humili.
Zelus.
Mortif.

Iaculat.

Cruis.

Ang. c.

VIII. DIE IVNII.

P. IOANNES
DARIUS.

Italus in
Cluit S. Iacobi. 8. Junij
1633.

Vocatio.

Humilit.
Zelus
Mortif.

Taculat.

Crucif.

Ang. cust.

Cum Iuris Doctor esset, videret-
que causâ iustissimâ cecidisse
quempiam pro tribunali propter po-
tentiam partis aduersâ; vt seculum ne-
quam fugeret, Societati adhæsit Ro-
mæ 4. Octobris: visus aliquando au-
ditâ de diuino amore super mensam
lectione languere; viribusque plenè
destitui. In Domo Professa, in Colle-
gio Romano, in Coll. Græco erat om-
nibus omnia. Surgebat aliquando no-
ctu, & cacabos in culina, reliquamque
supellestem poliebat. Cum in platea
audiret voces quibus Deus fortè of-
fendi poterat, in cubiculo se acriter
flagris accipiebat, Deum precatus, vt
corda peccatorum suo amore vulae-
raret. Hæc Romæ, nec semel. In Peru,
in Paraquaria passim zelo mirabili ar-
dua plurima exanclauit. Vestitus dor-
miebat semper: nec patiebatur vllum
ad agrum noctu exire; verum ibat ip-
se. Capitalis hostis peccato dicebatur
vulgò. Pro lectulo illi erat asser, aut
sella in qua sedebat breuem non nisi
trium horarum quietem captans id-
que per annos 40. Inter iaculatorias
aspirationes hæc illi crebrò in ore ver-
sabat: Domine, da mihi fidei, spei, &
charitatis augmentum. E cubiculo
exiturus, eò redux ad Crucifixi pedes
prouolebatur. Vesperis nunquam car-
nibus vesci voluit, sed siccis fructibus,
vt minus dormien, plus oraret. Vt du-
ros conuerteret, id per illorum custo-
des Angelos conabatur. Cuidam feli-
cem forminx in periculo paulò ante

constitutæ partum nunciaturò dixit
omnia quæ ille nunciaturus accurre-
rat.

P. CORNELIVS
DE MOOR.

A vsterâ in seipsum duritie memo-
rabilis Pater Cornelius. Tenuis
illi consistit corporis valetudo, & ta-
men aculeatis flagris in seipsum adeò
sæuiebat, vt aspersi sanguine cubiculi
parietes id luculenter testarentur. Re-
perta sunt plura etiam strophiola, san-
guine illius imbuta quæ sibi applica-
bat (id quod etiam Sanctum Patrem
Ignatium factitasse in ijs qui in eius
cubiculo asseruantur pannis lineis
comperimus) vt è lacero corpore san-
guinem combiberent, ne lineæ, & la-
nea vestes cruentaretur.

Belga Rure-
mundæ. 8.
Junij 1644.
erat. 53.
Soc. 30.

Mortif.

P. ALVARVS DE
MONSALVE.

Pvlcherrima quædam in illo castæ
modestix lucebat authoritas. De
illo sic habent mei heroes & victimæ
charitatis. In ijs, quæ castæ modestix
sunt, ea in illo fuit mentis firmitudo
vt agrè adduci portuerit, vt vel soro-
res suas iouiseret. Silendi tam accu-
ratus artifex, & linguæ custos, vt etiam
ea, quæ à mensâ colloquio destinata
est horâ, (Hispani quietem vocant)
linguæ suæ fidei silentio circumscri-
bendæ memor, tempore loquendi
quoque tempus aliquod tacendi pru-
denter inuenerit, diuino sacrificio per-
quàm religiosâ corporis, vocis, &
quod

Hispanus
Hispani 8.
Junij 1645.
era. 50.
Soc. 33.
Castitas.

Silentium.

Paupertas.

Modestia.

Euch.

quod præstat, animi compositione, horæ dimidiæ spatio productior potius erat quàm breuior agendis deinde gratiis liberaliter, vt hospiti tanto gratificaretur, annis. Vestitus illi talis, qui & ipse paupertatis perquisitæ non anceps index esset. In cubiculo paucis libris, & duobus icunculis instructo, ipsa illi studiorum, ac pietatis ratio erat non immemor paupertatis. Nulla magnificentia, nulla elegantia supellectilis curiosa, nulla in verbis magniloquentia; nullo, quod aiunt diuinæ litteræ, *extollentia oculorum*, quos ille castissimâ custodiâ septos tenebat, custodes corporis, animique castimonie studio in se intenti: quemadmodum vice versâ, *fornicatio mulieris in extollentia oculorum*, & *in palpebris illius cognoscetur*: quam ille modestiam, veluti oculorum dotem, cum semper, tum coram Superioribus potissimum perpetuam habebat, cum aut illis loqueretur, aut loquentes obedienter audiret. Multos illa oris modestiâ semper pace tranquillæ compositionis ad illum in conscientie consilijs, & in Sacramento pœnitentiæ pertrahebat, quos ille vicissim, & suos quoque discipulos, ad interuifendum persæpè in Eucharistia Dominum enixè inuitabat, inuitamenti perappositis, & exemplo etiam in domesticos luculentos. Alias quoque cum pestis loca quædam infesta teneret, se Præposito Prouinciæ offerebat, vitam in supremum exitium obiecturus. Verum id illi nunc primum licuit, cum publico inuoluta luctu Hispalis, miserabili tempestate istud quoque in omnia pulcherrimæ charitatis munia officiosum caput inuoluit, illo pietatis officijs ac vitâ illâ morte perfunctio quæ deceat victimam charitatis. Si milis mors eodem die rapuit *P. Ferdinandum Negrales*; de quo ibidem inter

alia dicitur illum fuisse virum, qui se totum dederit in Spiritus potestatem. Sacramenta facillè centenis quotidie ministravit, & alia illo digna.

P. VINCENTIUS
CARRAFA PRÆPOSIT.
GENERAL.

Hic tum puero diuinum Sacramentum porrigens Pater Iulius Mancinellus, illum vultu Angelico, & circumfusâ cælesti luce illustrem vidisse sibi est visus. Deiparæ honori Rosarium, officiumque quotidie recitabat, & præter feriæ 4. ac 6. ieiunium, Sabbato nil nisi panem; frigidamque libabat: nec Domo prodebat vnquam, quin in aliqua Beatæ Virginis æde illam piè inuiseret, eamque ibi haud perpaucis, aut breuiter salutarer. Huius opem implorans, inter flammæ, quibus à sclopo disrupto, & pyrio puluere accenso fuerat inuolutus, repente extinctas, euasit quinquennis. In Societate Neapoli Beatæ Virginis Sodalibus præesse iussus, eam prouinciam, vt susciperet Beatam Virginem per missum nuncium habuit hortatricem. Nouitio fugam silentio quærenti, id illam per octo dies iam meditari vltro ipse dixit; & alijs alia futurâ prædixit. Orandi, ac patiendi perpetua illi fuit assiduitas, & cupido. Nec semel, nec ab vno inter orandum sublimis à terra flexis in aere genibus pendere est conspectus. Illam se B. Virginis commédandi formulam: *O Domino mea sancta MARIA* &c. septies quotidie de genibus iterabat. Ægro, & vigili aliquando corâ conspecta Deipara (dicitur) optionem dedit vitæ, vel mortis. Cuidam Christus margaritis per plagas fluentibus adfuit, auditusque est

Italus Romanus. 8. Iunij 1649. xi. 66. Soc. 46. Euch.

B. V.

Oratio.

E. V.

Italus C. Regiorum. 8. Iunij.

Indus 2. Teneriffa. Sula Forti. nata Rec. tibr. 9. Iunij 1597. xi. 6. Soc. 47. 8. V.

Vincentium Deiparæ unicè commenda-
re, ac dicere sibi eum, hoc etiam
nomine gratum esse quòd MARIE
cultui esset impensè addictus. Dice-
bat eos, qui se seruos Deiparæ man-
cipassent, ab illa omnia impetraturos.
Superfedeo reliquis de illo in vita late
scribendis.

P. G A S P A R
S A T A L I A.

Italus Cal-
tagironæ,
8. Junij.

VT ad Societatem conuolaret, à
parentibus fugit. In Societate fuit
singularis, erga illos quibus præerat,

I X. D I E I V N I I.

P. I O S E P H V S
A N C H I E T A.

Indus è
Tenerifa In-
sula Fortu-
nata Reti-
tibz. 9. Junij
1597. æt. 64.
Soc. 47.
8. V.

Hunc alij sui seculi Thaumatur-
gum dixere, alij Brasiliæ Apo-
stolum, Adamum innocentem
alij. Deiparæ Virginis amore, ac imi-
tatione, Virginitatis voto inde à puero
se obstrinxit. In Societatem coopra-
tus, primus in Brasilia litteras latinas
docuit, Lexicon, ac Drama conscrip-
sit, & dedit. Apud Barbaros pacis ob-
ses relictus Beatissimæ Virginis vitam,
sine chartâ, sine stylo, latino versu cla-
giaco 2086. distichis composuit, &
fidei memoriæ suæ, velut libro tradi-
dit, ab ea in vita, & puritate seruatus.
Quemdam ab importunis impurarum
Imaginum illecebris, dicitur, orando
liberauit. Ipso die sancti Ioannis Euan-
gelistæ diuinitus cognouit, eo die
quemdam è nostris in Italia Laureti
diem obiisse, & absentia plura, futu-
raque sæpè bello, ac pace prædixit.
Ad populum dicentis humero passer

providentiæ & amoris dono insignis.
Non semel suas vestes deposuit, & eas
indigeni dedit. Vt gulam in freno te-
neret, quædam quæ illi sapiunt non
tangebatur, quòd diceret ea necessaria
non esse. Vita eius in tanta virtutis
æstimatione erat, vt quicquid diceret
instar oraculi haberetur. Medicum de
vitæ spe propè depositum securum
esse iussit, & sospitatum ei ex vero præ-
dixit. Quendam de Societate mor-
tuum vidisse fertur è Purgatorio in cæ-
lum in splendore ascendere. Alius bis
illi apparuit, eique mortis tempus
prædixit, euentu securo.

Charitas

Mortificatio

Purgatio

Mors

insedit. Senem baptismo à lepra muan-
davit. noctu oranti pantheræ duæ asse-
dere. Viperas innocentes tractauit il-
læsus. Charitate, orandi, ac se affli-
gendi studio magis mirabilis fuit,
quàm ipsis prodigijs quæ illi familia-
ria fuisse scribit Sebastianus Bererarius
eius vitæ sæpè recusat scriptor apud
quem videri possunt multa de admira-
bili hoc viro.

Oratio

E M M A N V E L N I G E R
C O A D I U T.

Valetudinarium, & sacrarium Col-
legij Claudiopolitani in Transyl-
uania procurabat Emmanuel, cum
Moyfès Szekely, seu Siculus, Caluini-
sta, Turcarum ope urbem occupa-
uit. In ea calamitate occasione vsq; hæ-
retici. in templum Societatis hostili-
ter irruere, & hæreticâ licentiâ quic-
quid sacrum fuit ludibrio habuere.
Eos inter fuit miles qui SS. Eucharis-
tiæ Sacramentum impiè humi disper-
sit, & proculcauit. Eam insolentiam

Italus Clau-
diopoli 9.
Junij 1609.

Euchar.

Fides

Qq redar-

redarguens Emmanuel, securi militari in capite vulneratus, & globo traiectus, gloriosâ morte, vitam terminavit.

P. DOMINICVS VALESIVS.

Italus Crum-
louij 9
Iunij 1615.
xrar. 34.
Soc. 17.
Lectio.

Cum sibi languere totus, ac tepidorum vitam in quodam radio ducere videretur, auditâ, super mensam lectâ, Sanctæ Catharinæ Senensis admirabilis Virginis vitâ, magnis illius exemplis accensus exarsit. Accessit ad cumulum etiam Beati Aloysij vitæ historia. Quare Catharinæ, & Aloysij auditis trophæis expectatus anno 1605. 17. Nouembris manè inter Sanctorum choros quandam virtutis imaginem sibi videre est visus, in qua Sancta Catharina Senensis, & B. Aloysius eminebant, atque ab illo cælitum choro visus est, velut irrideri, ac etiam inuitari. Tum illi Beatissima Virgo cum paruulo oculis mentis obiecta illum incredibili flagrantia succendit, & erexit ad exaggeratissimum culmen excelæ virtutis rotis viribus quærendum. Oculi nunquam in theatra, nunquam in spectaculum vllum, aut rem vllam diu defixi. Alebat enim, id ad iniuriam neglecti præsentis Dei referri posse. Post prandium quartam horæ partem dabat adorando sanctissimo Eucharistiæ Sacramento: & in-

Sancta Ca-
thar. Senen-
B. Aloys.

B. V.

Oculi.

Præf. Dei.

Buch.

terposito tempore aliquo redibar, ac istic tantundem iterum temporis explebat; nec raro, nocte quoque in tempesta ad clausam odæi portam positus genibus Beatissimæ Virginis rosarium recitabat. E Thoma quoque à Kempis vnum caput flexis genibus legebat quotidie. Si quod sibi verbum asperius in aliquem excedisse meminisset, se verberabat, vt supplicium sumeret de seipso. In cubiculo nullus lectus, nec sedes. pro mensa erat Armarium, & sinistra manus pro candelabro. Omnis cubicularis supellectilis instar illi fuit Crux magna, quam in cubiculo habebat, cui per noctes plures indormiebat, vt Christi lectulo. Nisâ peste contactis dum seruiret, fractæ illi sunt vires: quibus restaurandis Crumlouium ire iussus; ibi sanctâ morte decessit.

B. V.
Lectio.

Pauperi.

Mortif.

P. G VILIELMVS CRITONVS.

Scotis Romæ, in Belgio, in Gallia Seminaria condidit. Londini per triennium in odium fidei inter carceris ærumnas derentus est. Lugdunum appulsus, duos adhuc sibi vitæ menses super esse. nec plures, P. Rectori disertè affirmavit, & illis euolutis mortem, quam prædixerat, oppetiit.

Scorus Lug-
duni 9 Iunij
1617. xrar. 34.
Soc 17.
Mors.

Italus
Poli. 10.
1588.

Vocatio.

Uer.

Mensa.

Vocatio

X. DIE

X. DIE IVNII.

P. ANDREAS

P. MICHAEL

SPINVLA.

COYSSARDVS.

Italas Nea poli. o. Junij 1588.

Vocatio.

Uer.

Mensa.

Vocatio.

Post domesticam nobilitatem, & qua habitos, qua speratos Romanae aulae honores, elegit abiectus esse in domo Dei admirabili cum suorum sensu, lachrymis, admiratione. Per iter is, qui vna cum illo nauigabat Cardinalis, talem expertus est Andream, ut illum diceret verum sui contemptorem, exemplum omnium, & librum viventem, in quo par esset aulicos omnes attentè legendo versari. Cum Neapolitano Collegio praesset Rector, insigni laude pietatis, in charitatis obsequijs, contagio extinctus est. Aegris semper assiduus, parans fomenta, cibos ministrans. Illud quoque in illo divinae beneficentiae signum fuit, quod cum ante initam Societatem nobiscum vesceretur, & domesticam nostram in trichinio supellectilem tamquam vilem, abiectamque horreret, postea Societate receptus, visus sibi sit solito nitidiora omnia, & orbes, ac patinas velut ex argento videre; id quod à prudenti Rectoris charitate suae imbecillitati dari rarus; & sui causam hanc minimè fieri debere questus, errorem suum aduertit; ac saepe narrauit, quam indulgenter à Deo sit habitus in eo ipso, in quo delicijs, & elegantiae adeo erat addictus.

IN saeva illa contra Societatem concitata procella circa annum 1594. sapienter planè Societatis rebus in Gallia praesuit. Etiam senex per ipsas octo horas, ieiunus pro Sacro poenitentiae Tribunali sedebat, & reos absoluebat. Pudor verabatur, ut purulentam luem, doloresque acerrimos, quos patiebatur chirurgus proderet, morique potius eligebat quam eam parte tractari sed ubi in Deiparae Virginis fidem se obstrixit, auditus, & voto, ac sanitate poritus est. Aiebat, se maximè refici mortis recordatione. Sub mortem dicebat malle se de diuina benignitate, quam de iustitia loquentes audire; se enim à puero extra fucum optimo illi Domino seruiuisse, viuens, & mortuus floruit opinione sanctitatis. Nec defuere de utroque sexu, qui eo apud Deum Patrono vsi, dicerent, se à molestissimis, & inueteratis tentationibus animique molestijs liberatos,

Gallus Lugduni 10. Junij 1615. aetat. 76. Soc. 62. Operarius.

Verecund. B. U.

Mors.

IOANNES MASSONET COADIUT.

Hic intemperatum Virgineae integritatis florem ad sepulchrum vsque, praeter alias, duabus potissimum vsus virtutibus custodiuit: obedientiam, & vescendi temperantiam singulari. Illa, mirum in modum subegit, ut in minimis quibusque vnde quaque accomm odarit illius voluntatem diuinam

Belga Namurci 10. Junij 1616. aetat. 68. Soc. 32.

Obed.

næ in Superioribus voluntati, ut nunquam ab ea, vellatum vnguem discesserit. Vnde obedientem spiritui carnem habebat, quasi pro præmio: ista, præter parvum prandium, ea in illo fuit, ut per ipsos 15. annos, à cœna semper abstinerit, licet labores omnes, patientiâ mirâ subierit.

Mortif.

P. IOSEPH
CATALDINVS.

Italus Pa-
ranæ in Pa-
raquat. 10.
Iunij 1653.
ætat. 80.
Soc. 52.
Zelus.

Oculi.

IN Paraquariam profectus, ingens Imaginorum laborum pretium tulit, cum Christo plura barbarorum millia baptismi Sacramento addixit, & sex pagos condidit. Sunt qui admirabilia de illo affirmant. Et ab eo multa ex vero prædicta. Moriens, occasione quâ nescio datâ, candidè dixit, se nunquam iam vilius fœminæ faciem oculos intea-

disse. Cùm sæpè aliàs, tum potissimum quando sacris operabatur fertur visis cœlestibus recreatus. Sæpè vidit velut brachium sacrificiali veste ornatum prodire de calice, quod ipsi benè precabatur cùm diuinum sanguinem adoraret. Probata virtutis vir videre sibi visus est illum sæpius cœlestibus radijs circumdatum, & splendèntem; alias verò Indos instar custodis Angeli contra dæmones defendentem. Regina Virginum ope integer illi conlittit Virginitatis thesaurus, eamque cùm aliàs non rarò, tum potissimum eo tempore magno solatio spectauit quâdo illa ei de æterna salute sollicito disfertè dixit: *Noli timere, fili.* A morte conspectus est, à pluribus absentibus & eius mortis ignaris fulgore cœlesti, & gloriæ paludamento circumdatus.

Sacrum.

Castit.

B. V.

Mort.

Belga Be-
lioli. t. 1.
1653. æt.
Soc. 17.

Cancio.

XI. DIE IUNII.

P. GABRIEL
VASIA.

Hispanus.
Gerundæ. 11.
Iunij 1607.

B. V.
Iaculat. orat
Mortif.

Apparet post
mortem.

HVmanioris, & diuiniore litteraturæ, ac linguarum peritiâ fuit præstans; mysticę sancti Dionysij Theologiæ interpres, eiusdemque amantissimus, ac sapientissimus. Beatissimam Virginem crebrò illo carmine salutabat: *Monstra te esse Matrem* id quod in quodam suo morbo, & angustijs, cùm facere per obliuionem omisisset, adfuisse illi dicitur angusta cæli Regina Virgo, & amanter illum sui tam oblitum redarguit. Cuidam, cuius conscientiam viuens dirigebat, post mortem apparuit, eidemque solatium insigne atulit.

MARCVS ANTONIVS
COADIVT.

NEc domi nec foris aliud ferè illi nomen erat, quàm sancti. Miram illius verbis efficacitatem indiderat Deus ad animas pertrahendas. Etiam 80. iam annos natus adhuc se cilicij, flagellis, ieiunijs afflictabat. Inde illi maior in orando felicitas, & ad eò actis attentio, ut instar statuæ videretur, nullo sensuum vsu. Diuino Sacrificio incredibili cordis ardore intererat. Lucunangæ palàm aliquando in templo cùm sacro interesset visus est ut ferunt, sublimis in aerem eleuari, ac ore toto carbonis instar radijs igneis collucere: Impetrabat à Deo, quæ petebat. Centurionem quendam suspensio tollendum

Italus Quis
in Peru. 11.
Iunij 1611.
ætat. 85.
Soc. 43.

Mortif.

Oratio.

Sacrum.

Oratio.

Mort.

S. Mar.
Magd.

dum è vita prædixit. Tertio quartouè post mense prædictioni respondit euentus. Ferocienti tauro rosarium obtendens dixit aliquando: Abi Animalculum: & ille cicur, ac dicto audiens discessit.

P. CAROLVS ROLANDUS.

Belga Bel
lioli. 1. r. Iunii
1611. 161. 16.
Soc. 17.

Concio.

Efficacitate permagnâ quærebat omnia, quæ diuinæ voluntati grata esse sciebat; plurimorum ad Deum adducendorum quàm cupidus, tam sciens, idque feliciter. Sacrum celebrabat ad nostrorum Sacerdotum regulas & rubricas Ecclesiæ mirabili attentione, modestiâ, lacrymis, exemplo pio, & magno. De Christo ad concionem dicens, lacrymis verba frangebatur, & audientibus vicissim lacrymas præciebat. Ponebat se ad pedes IESV ad virtutes nunc has, nunc illas condiscendas. Duos tantum libros habebat in cubiculo; nec ornatum vllum, nisi vnain Crucifixi, & alteram Beatæ Virginis imaginem. Singula, quæ agebat officia singulari diligentia peragebat, quæcunque illa essent. vnde dicebatur in suis officijs viuere, & florere. Inter nobilissimos diuini amoris actus persæpè repetitos mortem oppetiit. Atque vt morti suæ prouideret, de Superiorum venia votum conceperat, quo promisit Sanctæ Mariæ Magdalena se singulariter fore addictum, & eius festi vigiliam ieiunio celebraturum: vt, inquit, eius intercessione in

Mort.

S. Mar.
Magd.

actu amoris Dei moriar. Et verè in flagrantissima diuini amoris significatione inter preces ardentè vibratas extinctus est.

SIMON DE ESPALZA COADIUT.

Posteaquam infirmis compluribus, magnâ charitatis, patientiæ, diligentisque peritiæ commendatione perseueranter seruisset, videretur nescio quem à medicis iam depositum, atque ad mortis agonem oleo sancto vinctum, Deiparæ Virgini (quam vnice colebat) supplex id sibi à Deo per eam petijt impetrari, vt ipse potius in morientis locum substitueretur, illo in vita retento: se enim Collegio vix aliquid, illum autem longè plus posse prodesse. Et verò æger ille confestim respirauit, ac sensim conualuit; Simonem verò intra triduum idem morbus qui alterum deserebat corripuit, & extinxit, ceu succedaneam victimam humilitatis, & charitatis.

Hispanus
Bilbai. 11.
Ruoiij 1613.

Charitas.

B.V.

Oratio.

Humilitas.

P. BERNARDVS REUSS.

It hunc Catalogus eorum qui in odium fidei sunt occisi, hoc die anno 1629. sagitis confixum. Nos de illo 17. Iulij, qui dies illi ab alijs assignatur.

11. Iunii

XII. DIE IVNII.

P. IOANNES
CASTANEDA.

Hispanus
Pinch. x. 11.
Iunij 17.
Soc. 25.
Vocatio.
Lectio.

Humilitas.

Obedientia.

Humilitas.

Hic apud Bibliopolam in taberna
libraria pium quempiam libel-
lum fortè istic repertum legens,
Primam Societatis ad eundè scintillam
concepit; & nobiles, diuque restitan-
tes parentes tandem peruixit. Iam
regerat Collegia Hispalense, & Pla-
centinum per annos plures; cum qua-
tuor vota professus, Toletum est mis-
sus, ibi ad culinæ officia subeunda
Bastamantij iussu admotus, coquo per
plures menses magna submissione, at-
que constantia seruiuit, elato, (&
emicabat interdum) animo subigen-
dos id quod permagno sanè alijs exem-
plo fuit. E culina Toletana Valliso-
letani Collegij rectioni est datus, quam
præclaris virtutibus ornauit. In sugge-
stu magnâ dicendi vi pollebat, & post
Concionem insigne aliquod sui dem-
mittendi documentum præbebat, in
triclinio palam humi abiectus. Mo-
rienti Religionem mouit, quòd pro-
curando inconsultis suis Superioribus
in sua Patria Collegio enixius stu-
duisset.

P. RODERICVS
GONSALEZ.

Hispanus
Madr. 1. 2.
Iunij 18.
Soc. 12.

Magni omninò contra Dæmones
pro animarum lucro zeli vir fuit
Rodericus. Saga quapiam in aula da-
ma grandia patrabat: hanc Rodericus
ad Confessionem tandem perpulit, &

negandæ artis instrumenta per sum-
mam contempionem in fidissimum
totius domus locum deiecit, dæmone
mirè fremente. Nec parùm eodem lo-
cipassus est Rodericus, vt eius Colle-
gij gesta narrant. Vnde & ibidem con-
fractus totus gloriosam postea mor-
tem appetijt. Mirum fuit id dæmonem
potuisse: at adoranda est prouidentia
magni Dei, qui tamen hoc priuilegij
dedit gloriæ Roderici, vt Madritensi
in Collegio dæmon quædam, quæ alio
loco potest, haud possit. Nam si fides
adhibenda est dæmoni, qui verum ali-
quando fatetur inuit licèt, ipse dæ-
mon Patrem quemdam, vt alio in Col-
legio fecerat vexaturus, expectabat,
vt è Collegio Madritensi aliò se con-
ferret. Causam rogatus, dixisse fertur;
sibi in eum expeditam facultatem non
esse quamdiu Madriti degeret in Col-
legio, Iam enim quinquaginta, & am-
plius annos esse (& hæc in Rodericum
cadebant) ex quo istic Pater quispiam
conditus iacet: illi hoc priuilegium
datum esse à Deo, vt dæmones eo lo-
co non æquè, ac alibi, possint luas
vires exere.

P. CHRISTOPHORVS
PFLAVMER.

De hoc sic in annuis Superioris
Germaniæ Martyrij desiderio fla-
grabat semper. Aures illi catarrhus
obtuderat, sed & surdaster, per 29.
annos magno ductu, & plausu auditus
est. Sulzbacum Religionem Cath. in-
ducere molientem hæretici tres sex
mensium carcere, fameque, ac ærum-
nis vexauère sed perstitit; vti etiam
in

Zeli.

Dæmo
videt.

Hispanus
Granata
Iunij 16

B. P.
S. Petrus
S. Barbara
Vocatio.

Nocturn.

Tentatio.

Germanus
Monachus
1. Iuc. 15.
2. 1. 19.
Soc. 40.

Oratio.

Fides.

Judicium.

Patientia.
in calcoli, aliisque doloribus, hilari patientiâ fortem animum probavit. Ad extremum, cum duo sibi superesse minuta diceret, corpus, & animam,

ne quicquam sibi super esset; ex asse hæredes *Christum*, & *Mariam* scripsit, ab ijs brevi æternam in hæreditatem transcriptus.

XIII. DIE IVNII.

BAPTISTA
COADIUT.

ELuxit in hoc diuinæ, per Deiparam, & sanctos, benignitatis insignne documentum quando illum suæ in Nouitiatu constantiæ parùm retinentem, iamque fugæ imminentem, in Societate per Beatissimam Virginem, per sanctos Petrum & Barbaram retinuit. Rem hanc, & alia illius decora Granatenfes in hæc verba perscribunt: de felici morte Baptistæ illud primum pignus quodammodo accepimus, quod Societatem amplectus, & quinquagesimum iam diem primæ probationis agens (nam hæc illis temporibus eousq; protrahi solebat) grauissimo dæmonis impulsu fugam per solitudinem meditatus, adesse sibi videre est visus Beatissimam Virginem *MARIAM* hinc Apostolo Petro, inde *B. Barbarâ* (quibus ille iam pridem erat addictus) stipatam, benignoque vultu hortantem, vt eâ sorte statuque contentus perseveraret, in quo vitam esset consecuturus æternam. Quo ille solatio confirmatus, coëptis insistere quantâ posset contentione corporis, & animi decrevit. Fruebatur inter ipsa domus opera atquæ Numinis familiaritate cum tantâ mentis dulcedine, vt non solum ad sacratissimæ Eucharistiæ perceptionem, sed ad quamuis etiam de rebus diuinis factam mentionem lacrymis vberim perfunderetur. Et fortè accidit, vt agnos à matribus depelleret, nolen-

tesque separaret: quod factum cum ipsi nouissimam illam iustorum à malis separationem in memoriam reuocasset, tantisper lacrymas cohibere non potuit, donec ab ea cogitatione mentem consultò auertisset. Cum Granatensi cuidam olim Rectori grauissimum falsò crimen fuisset impositum, atque ob id Hispalim, vt causam apud Prouincialem diceret, fuisset euocatus, Baptistæ se ante Deum in genua proiecit, supplexque rogat, vt Rectorem defensum, atque incolumem breuè ad suos redire permittat. Precanti assentiri visa vox repentè ad aures illapsa; quæ iussit eum secuto esse animo, & prædicere: Rectorem breuè in Urbem sine vlla culpæ, aut infamiæ notâ rediturum. Quod & factum est. Qui familiaris Baptistæ cum Deo agendi modus cum dæmoni agrè faceret, ire contra voluit, sapiusque illi horribili formâ obiectus, vngues, fauces, ipsumque ad eò interitum minatus est: sed implorato *Iesv Christi* auxilio semper repulsus.

P. ANTONIVS
GALLEVS.

Mansuetus, & nullo labore satis vnquam satur senex, potissimum in pœnitentibus expiandis. Meditandi argumentum optimum esse aiebat. *Fiat voluntas tua.* Soror, & Consanguinei non nisi quatuor miliaribus aberant à loco, vbi habitabat, & tamèn per totos 40. annos adduci non potuit.

Oratio.

Vide pretiosa occupationes morientium
c. 32. n. 2.

Hispania
Hispani. 13.
Junij 16. 6.
ætat. 90.
Soc. 55.

Mortif.
ass. consang.

Hispania
Granatæ. 13.
Junij 6. 0.

B. V.
S. Petrus,
S. Barbara.
Vocatio.

Nositas.

Tentatio.

Oratio.

Indicium.

Zelus.

Dæmon
videtur.

Germania
Monachij.
1. Iulij 15.
ætat. 9.
Soc. 40.

Fides.

potuit, ut illos vel semel inuideret, aut videret.

P. IOANNES HVBATIUS.

Bohemus
Pragæ 13.
Iunij 1661.

Charitas.

CVM Pragæ in Vrbe quam nouam vocant, Collegio præfesset, mortem toties questam persanctè adeptus est. Vir sine furo, & de omnibus ferè Bohemiæ oppidiis religiosè meritus. Infima pauperum tuguria perreptabat; aulas non nisi stipis pro his corrogandæ causâ ingressus. Cùm pro animabus sarageret, à Saxonibus hereticis tentus, & in carcere magna perpeffus est. Multas ad pudicitiam, plurimos ad fidem Orthodoxam adduxit. Quater in peste publica se dedit victimam charitati, semper superstes, & firmus.

P. CHRISTOPHORVS VIVERIYS.

Peruanus in
Coll. Pacis.
3. Iunij 1661
ætat. 47.
Soc. 30.

27.

LOcuples illi domus, & exquisita ad omnem virtutem fuit educatio. Sed & ipsa indoles eiusmodi erat, ut in modestissimo eius vultu legerent omnes, ad quod vitæ institutum esset propensior. Vnde passim Pater de Societate IESU appellabatur. Vix quinque annos natus; cùm se rapido fluuio (in quem fortè inciderat) in molendini currentis rotam rapi videret, *Beatissima Virgo Rosarij, adiuua me*; exclamauit: & illæsus eductus est è loco in quo in partes discerpi debuerat. Vnde ille se vitam suam huic Dominæ debere actuosâ pietate, ac singulari eius cultu ferebatur. In Tyrocinio nemo illo Superior in flagranti studio earum artium quæ istic discuntur, & vitæ vni-

uersæ viatico prouidenter comparando. Ingenus animo illius insedit opinio de granditate beneficij vocationis. Quocirca in perpetuo more habuit, ut cubitum concessurus, positus humigenibus indignum se tantâ Dei beneficentiâ, ac dono aded mirabili testaretur; & ad id confirmandum pronus terræ aliquot oscula dabat constans deuoti, demissi, & grati animi documentum. Vita eius omnis erat speculum legum nostrarum: in ijs quæ agebat relucens. Ad sacras operas animarum promptus illi semper animus, etiam supra vires: paupertas religiosè attendita: virginea puritas, obedientia persancta. Vnde si quid potestatis haberet à Superioribus altioribus, ne illius vsu cum eo qui loco præerat conferebat.

Vnâ quapiam nocte quæ supremum eius morbum præcessit, per quietem vidit P. Gabrielem Vasquez (alium ab illo scriptore Theologo, eodem in Collegio ante annos aliquot vita functum) quem ille, tanquam suum olim in spiritu magistrum, gratâ memoriâ prosequeretur, & Deo se per illius merita quotidie impensè priuatâ pietate, commendabat. Hic suum Christophorū paterno amplexu stringens, hæc verba dixit: *Vamos, hijo mio. Eamus, fili mi.* Et videri desijt vnâ cum altero quopiam; sed quem Christophorus notum sibi esse negabar. Etiam postea æger, cùm à deliquo ad se redijt, dixit, se fuisse cum suo germano, qui sub S. Francisci disciplina è vita abierat. Obijt verò maximo sui desiderio relicto apud omnes, ob incredibilem tum domi modestiam, ac exquisitæ virtutis exemplum; tum foris impigrum studium & laborem ad animas felici æternitati lucrificandas.

Nonstus.

Vreatis.

Vesperis.

Obid.

Men.

XIV. DIE

XIV. DIE IVNII.

ANDREAS GOMESIVS
COADIUT.Lufitanus
Olyfipponæ.
14. Iunij
1600. et. 8r.

Humilitate, religioso ingenio, constantiâ memorabilis fuit Andreas. De illo sic Olyfipponensis domus; Annos triginta ostiatim stipem corrogavit, alendo olim Collegio Portuensi, postea Professæ domui Olyfipponæ, admirabili vitæ innocentia & probatâ tolerantia. A viro semel bene nobili, & nummato elemosynam petijt obnixè. Illudit improbus primum impudenter supplicem, nec iocis risuque contentus roganti acerbè conuertiatur. Conuertiorem Andreas quasi rosas gemmasque loquentem, ubi patienter audijt, humili defixum obtutum hilariter attollens; Me meâ inquit Domine, gratissimâ iam munerasti elemosynâ, suam quæso modò Patribus impertire. Mirum quantum animi submissio tumescerem animum tranquillauerit, mox petulantia se damnans, munificâ manu postulantis animo obsecundat.

P. FLORENTIVS
BOUCHORSTIVS.Belga Louanij
14. Iunij 1600.
et. 69.
Soc. 44.

Valuit exemplo, verbo, auctoritate, cum vbique, tum apud Sodalas Theologos, quibus (vt aunt literè Louanientes his verbis) ipsos duodecim annos ita præfuit vt viri totius Academiæ Louanientis primi, iam eius voces instar oraculi haberent, & ex ijs non nemo celeberrimi in orbe nominis publicam eius in cœtu sodalium reprehensionem pluris, quàm nonnulli laudes suas æstimaret, aded-

que exhibitâ non multo post Collegio elemosynâ quàm grata sibi accidisset ea verborum castigatio haud dissimularer. Dicere solitus est Clarissimus Liphus; *idcirco se nullam eius exhortationem quoad posset, prætermisisse quod (vt cætera defuissent, quæ sane in ipso erant haud mediocria, vel solo eius aspectu ad pietatem non parum commoueretur,* Orationis verò assiduitas in e tanta erat, vt quidam è Patribus nunquam à se nisi orantem visum affirmaret, ac ne tum quidem cum extremum spiritum ageret. Vt enim breues illæ quas ei aculatorias vocamus, preces taceantur, certè septem horas solidas quotidie Orationi impendebat. Qualis autem in Domesticorum consortio, cuius aures solis vtilium rerum colloquijs paterent, quæ si quando, vt fit in alia declinarent, gnauissimus erat sermonis ad res sacras quarum ei nullum vnquam erat tædium facili artificio deriuandi. Hic est Pater, qui Antuerpiæ tunc cum hæreticis tumultibus omnia miscerentur, cum non exiguo vitæ suæ periculo murum se pro domo Dei opposuit; neque id semel sed sæpius: cui cum in Vrbe quadam Prætor multo stipatus famulatio obuiam factus esset perque humaniter salutarer, adiecto etiâ *vobis sum Amicus, liberè respondit; at ego minimè tibi; causam scis: emenda te.* Abijt ille, & inopinato verbo vulneratus, non nihil quidem in præsentia excandescens: sed maiori in honore deinde Patrem habuit, vitamque id temporis dissolutam recollegit. Eadem libertate cum iter curru ageret, quendam è vectoribus blasphemum vehementer increpuit, increpitumque, & stricto iam mucrone ferocientem, cunctis ne per-

Resp. hum.
contemptio.

Oratio.

Resp. hum.
contemptio.

R r fade

Obed.

foderetur timentibus, nec timuit ipse, nec vultum mutavit. Nihil porrò ei de obedientiæ perfectione, nec senilis ætas, nec parta virtute autoritas, vel in speciem detraxit. Fuit cum pro suo feruore prouinciam sibi quampiam, quam vnice optabat, deposceret, verum vbi leuissimo nutu contrariam Præsidis propensionem percepit, mox præmonstratam illam mentis suæ sententiam, tam serio, constanti, lætoque animi, & corporis gestu refutauit, vt suauissimi cuiusdam cibi saporem ruminare ore videretur; adeo vt P. Prouincialis tantam admiratus viri virtutem absente eo diceret; *Pater Florentius verè filius est obedientis.* Nec minorem animi submissio, amorque paupertatis illi laudem parauere. E nobili enim cum esset familia, non minus pauperum consuetudinem, familiaritatemque ambiebat, quàm nonnulli solent magnatum. Itaque tenuiorum nomina, statum, conditionem callebat, vt neque ad secundò conueniendum opus Nomenclatore haberet, & verè cor eius in paupertate habitare diceret.

P. FRANCISCVS
GARASSVS.

Callus Pi-
ctauj. 14.
Iunij 1630.
ætat. 40.
Soo. 34.

Fides.

ILLUSTRE, ac planè ad vindicias fidei orthodoxæ & pietatis indolem natum ingenium scripsit plura pia volumina; e quibus quædam lucem videre. Inimicitias gessit cum hostibus Religionis passus fortiter, nec territus. Dabo præclarum huius herois elogium, quod illi scripsit Alegambe in heroibus charitatis: Vir, inquit, quem diutius viuere gentis humanæ interfuisset. Nam opibus, ingenij, & doctrinæ, plurimâ eruditione, per infinitam conquiritâ lectionem, dicendi facultate, supra vulgarem, lucubrationibus

egregijs, quales in lucem prodire non pauca, quamplurimis institutis; maximo futurus erat reipublicæ, simul vsui, simul ornamento. Ad hæc in tanta laudum materiâ ingens animi submissio, modestia, affabilitas, mansuetudo, cæteræque virtutes impendio magis amabilem reddidere. In præcipuis Galliæ ciuitatibus secundâ famâ concionatus est. Aduersarios nactus est, sed ferè cum Ecclesia communes quamplurimos, quorum improbis conatibus eruditissimas suas lucubrationes obiecit. Vt verò pietatem semper, virtutemque coluisset, tum maximè plusculis ante obitum mensibus id multo visus est ardentissimè facere, seque Deo torum, ac diuinis tractandis rebus impendere, tamquam se ad charitatis certamen præfagus instrueret. Nam cum Pictauj sæua lues grassaretur, multis precibus à moderatioribus obtinuit, vt suam infectis operam nauare posset. Quo in officio contagione correptus, ipsâ in hospitali domo inter ægros iacere, ibique spiritum edere, verbo, atque exemplo suos illos, egentes auxiliij ad officium hortando, quàm domi maluit, sic quæ sanctissimè, ac religiosissimè consumptus est.

APOLLINARIS ALMEL-
DA EPISC. NICÆVS,
ET SOCIJ.

Societatem puer inierat. In Æthiopia missus, Episcopus, pro sigillo habuit Iesv nomen, & epigraphen: *Dedisti eum escam populis Æthiopum.* Cum illo fuit

Luftanus
in Æthiopia
Iunio
ineunte.
1638. æt. 50.

P. HIA-

P. HIACYNTHVS
FRANCISCI.

Italu: ibid.
ætat. 40.
Soc. 14.

ANno 1623. in Æthiopiam penetrauit, labore vtili pro Euangelio egregiè istic satagens. Dicenti vim addebat formæ dignitas, quæ in eo tanta efflorescebat, vt Italicæ cuiuspiam Regis filius diceretur. Tertius eodem appulit anno 1628

P. FRANCISCVS
RODRIGUEZ.

Iulicæ
ibid. æt. 35.
Soc. 10.

IBidem nauiter Apostolatam exercuit. Hi tres, inter expiandum Catholicos, à schismaticis deprehensi, accusati, canum instar tractati, in exilium destinati, è singulis arboribus singulis suspensi, & semiuiui lapidati sunt. Cadauera belluis obiecta: sed illæ ea innoxia dimiserunt.

Fides.

P. CHRISTOPHORVS
SPOTECVS.

DErpati à Christophoro Sommerio Duce captus cum socijs. Variè tunc vexatè omnes, fame, cachinnis, probris. Vni caput pugnis contusum. Equis impositi coacti sunt cantare Symbolum Apostolorum. *Credo.* Inde in Finlandiam asportati: Stocholmij in vinculis acerbissimè habitati, ærūnis, doloribus, demum peste hoc die P. Christophorus, alij alijs diebus consumpti sunt; posteaquam scommata multa in Pontificem, in fidei nostræ mysteria, in Societatem iacta, verbera, extremam egestatem, & affinia hisce incommoda, perpassi sunt.

Polonus in
Suecia. 14.
Iunij 1606.
ætat. 40.
Soc. 13.

Fides.

IOANNES ESTO.
COADIUT.

CVM P. Christophoro Spoteco, Calijsque paria passus: peste extinctus in carcere.

In Suecia, 14
Iunij æt. 45.
Soc. 8.

XV. DIE IUNI.

P. IACOBVS
EGVIA.

Hispanus
Romæ. 15.
Iunij 156.

Compluti erga sanctum Patrem Ignatium liberalis adeo, vt aliquando cistam aperuerit, ac rogavit, vt quidquid vellet depromeret. P. Petrus Faber illum sancti Iacobi cognomento appellabat: sanctus verò Pater Ignatius dixit inter Beatos suscipiendum Iacobum in cæli sede celsissima. Aiebat Iacobus, se esse fracti nummi instar, qui nil valet, nisi in cu-

Charitas.

mulo tot bonorum. Solebat dicere eum qui se aliquid esse putat parum esse, qui multum se esse putat nihil esse. Acriter correptus, & ob quædam laudatè de Ignatio dicta punitus ab ipso sancto Patre Ignatio, tamen Ignatium vnicè amabat, & confitentem audiebat; aiebatque de illo tanta, quæ stupebant alij, dicturum autem talia dicebat, si Ignatio, vel horâ vnicâ esset superstes, quæ homines in stuporem de Ignatij sanctitate adducerent.

Humilitas.

S. P. Ignat.

R r 2 P. IOAN-

P. IOANNES
RASTELLVS.

Anglus In-
golstadij 15.
Iunij 1577.

Charitas.

Mors.

MOrti vicino P. Paulo Hoffeo Prouinciæ Præposito, peregrinationem obiit, & vt animam sibi eius loco ponere liceret petijt, atque obtinuit. Rem Ingolstadiensis epistola ann. 1609. ita narrat. Ad ædem sancti Saluatoris ad octo millia passuum profectus pro tam charo capite, suum ipse deuouit, sedulo Deum precatus, votum vti hoc suum ratum haberet: & habuit Deus; simul enim domum reuenit, decubuit, & occubuit. Surrexit alter, pro quo hostia piacularis fuit ille, ouis pro Pastore.

ALOYSIUS HERNAN-
DEZ COADIUT.

Hispanus
in nauiga-
tione ad
Philippinas.
27. Iun. 1622.

Corona B. V.
Mors.
Angeli.

Socius Patrum in missionibus Philippinis, labore magno, & fructu foris, domi autem plane insigni silentij paupertatis, & seruata ad vnguem disciplina documento. Pingebat tabellas, & illis Indos pelliciebat ad fidem, & frugem. Ipso, quo mortem oppetijt die Româ in Philippinas rediit, socio, qui eo die, B. Virginis Coronam pro illius tunc ægri salute recitabat, per quietem visa est illius anima à duobus Angelis rectâ in cælum inferri. Experfectus à somno Aloysium visens, mortuum reperit.

ROCHVS MANNARA
COADIUT.

Siculus Mi-
nej. 15. Iun.
1633. Soc. 43.

Totum illi negotium erat obnixè laborare, & interea semper ad

Deum per preces iaculatorias fragrantius vbique aspirare. Verberabat se quotidie diu, & vsque ad sanguinem. In cibo nullam se aiebat vnquam oblectationem expertum. Existimant à Beatissima Virgine inuitatum ad fœlicem æternitatem in morte, quippe qui paulo antequam animam ediderit, in lectulo repente confederit, & magnâ gestientis animi significatione vocem sæpius in hæc ipsa verba extulerit. *O Mater, o Mater!* sed & supra migrantis Rochi cubiculum in ipso meridie stellam conspectam è celo per plures ante, ac post mortem illius dies, illi, qui eam videre affirmant; quos inter P. Pompilius Lambertenghus Præpositus Prouincialis: id quod in pretiosis morientium occupationibus narraui.

P. ROBERTVS
NETERVILLVS.

Meminere huius viri annuæ anni 1650. & Mortes illustres. Mors illius, alijs vitæ laudibus par fuit. Etenim inter miseranda, & veterum Ecclesiæ calamitatum simillima Hiberniæ verè Catholicæ turbamenta, cum apud Anglos hæreticos increbuisse quoddam Sacerdos esset, ac Iesuita (quæ duo nomina illis immortaliter exosa, & non vno sanguine sunt perfusa) per pedes ab illis correptus, è lectulo extractus, per domum raptatus, quaquaersum allisus, fustibus contusus, effractis ad collum, & humeros ossibus semianimis relictus, cum grauior etiam ætas hisce ferendis impar esset, quarto post die, id est hoc die, doloribus gloriosis & vita defunctus est.

XVI. DIE

Laboy.
Oratu.
Mortif.

27.

Stella

Siculus
normi.
Iunij 16
ætat. 83.
Soc. 63.

Vocatio.

Concione

IESVS.

Mors.

Mors fel.
S. P. Ign.
S. Xaver.
B. Aloyf.

Edict.

Siculus.
normi.
Iunij 16
ætat. 74.
Soc. 12.

Mortif.

Oratio.

XVI. DIE IVNII.

P. IOANNES BAPTIST. CARMINATA.

REctionis dexteritate, ac ad populum persanctè, ardentè que dicendi sanctitate inter prima Societatis nomina fuit Carminata. Adoleseens cum esset, Societatem sapius petitam, & aditam, iterum ac iterum in limine ipso deseruit; postea constans, & solidus. Aiunt illum per 60. annos concionatum etiam cum Proniociam gubernaret. P. Bernardinus Peralinus ignes nobiles ad Religionis amplexum & illius concione haurit. Quantumuis laboraret, iudicabat se indignum pane quo vesceretur. Aegrum paruulus IESVS dicitur inuississe benè que illi precatus, illum sanauit. Prælatum, qui plus quam centum millibus passuum absens expirarat, igne cinctum vidit. Morientis P. Carminatæ anima visa est recipi à sancto P. Ignatio, Xauerio, Aloysio in Societatem ciuium supernorum. Illius vita multa habebit admiratione, ac imitatione dignissima.

SIMON BVCERI COADIUT.

SEmel tantum, idque sub noctem, Sine alio cibo, quam pane, ac oleribus vesceretur. Pectus cilicio regebat, catenâ quoque ferreâ circum adiectâ. Flagro ferreis aculeis horrido totum se dilaniabat. Habitabat sub scalis, eo que sanctus Alexius dicebatur, & per annos 34. non nisi nudis tabulis incubabat; postea, sedens breuem somnū capiebat. Inter orandum splendore circum fundi est visus, & sensuum vsu

destituit. Sæpè illi Christus, sæpè Beata Virgo, sæpè Angeli feruntur familiariter adfuisse & angelus, in quo habitauit odore cælesti flagrans reperiens. Denique otij ac sui hostis, & laborandi, orandi, seque asperrimè habendi amicus, multa dedit documenta virtutum, quæ dabit eius vita.

P. Ioannes Gonzalez. De hoc egimus 6. Junij quæ huc sunt referenda.

P. BARTHOLOMÆVS OLEIKIEVICZ.

PRO pulpito, & cathedris Ecclesiastes, ac humanioris literaturæ, Philosophiæ, Theologiæ que Magister fuit insignis. Somni spatia nunquam ultra præstitutum ab obedientia tempus extendit. Cubitum concessurus, præmissis contritionis actu, nouo sacramento se Deo deuouebat. Pro lectulo illi erat fæccus & ceruical stramineum. Christi patientis historiam positus humi genibus, quotidie perlegebat: & quartam horæ partem quotidie manè concitandis in corde quam selectissimis erga IESVM virtutum actibus consecrabat. Libro spirituali accuratè lectitando, ac velut imbibendo dabat integram horam quotidie, cum doceret; aliàs verò longè amplius. SS. Eucharistiæ Sacramentum sæpè adibat. 1. Statim ac è lectulo consurgebat. 2. Meditationis & antemeridiani ac vespertini examinis tempus totum flexis coram illo genibus explebat: inde, ante & post lectiones; ante & post prandium ac cœnam illud adibat. Item si domo exiret: utque illud purior inuiseret, conscientiam Sacramento quotidie perpurgabatur.

R r 3 bat.

Laber, Oratio, Mortific.

D.V.

Siculus Pa-normi. 16. Junij 1619. ætat. 83. Soc. 63.

Vocatio.

Concioner.

IESVS.

Mors.

Mors felix. S. P. Ignat. S. Xauer. B. Aloys.

Hibernus Pontani. 15. Junij 1649.

Fides.

Siculus Pa-normi. 16. Junij 1619. ætat. 4. Soc. 11.

Mortif.

Oratio.

Lithuanus Pultonia. 16. Junij 1650. ætat. 50. Soc. 30.

Manè. Vesper.

Mortif.

Crucif.

Manè.

lectio spir.

Euehi.

Confess.

Sacrum.

Paupertas.

bar. Nunquam tamen ad peccata in confessione deponenda abibat, nisi cor dolore ac amore conterere terribi impensè conaretur. Sacris operaturus, vni diuino sacrificio aderat; operatus, eidem altari, oculis arcanà modestia velut in corde reconditis. Siue præfret alijs, siue subesset, paupertas in

illo singularis eluxit. Ne amphoram quidem pro lauando in cubiculo patiebatur, communi lauandi loco contentus. Extra prandij ac cœnæ tempora nunquam quicquam libauit, nisi hospitalis charitas aliter imperasset. Plura de illis in annuis.

XVII. DIE IUNI.

THOMAS CANNO-
NIUS COADIUT.

Siculus Pa-
normi. 17.
Iunij 1611.
ætat. 56.
Soc. 17.
B. U.
Euch.
Angeli.

Purgat.

B. U.
Mort.

Hic cuidam diuinis intento mirâ quadam charitatis coniunctione visus est Deiparæ esse adstrictus obsequio singulari. Cum à laboribus ab obedientia imperatis ad S. Synaxim percipiendam rediisset totus sudore perfusus, conspecti sunt duo Angeli, qui lineum præ ore accumbentis tenere sunt nisi: sudore illi è fronte absterfo. Id etiam diuinitus exploratum fuit illum à morte nonnisi modico tempore in Purgatorio labeculas suas expiâsse. Vifa quoque ad illum est de cælo descendere Angelorum corona frequens vnâ cum Regina cæli Virgine Dei matre. Hi circum Thomæ sandapilam fusi, cadauer honoratis fumis honorauère.

P. GUILIELMVS
BATHEVS.

Hibernus
Madr. ci. 17.
Iunij 1614.
ætat. 48.
Soc. 15.

Nobili apud Hibernos Catholicâ, & lautâ domo natus, ob ingenij ad negotia feliciter tractanda facilitatem, & singularem in musicis instrumentis scitè tractandis peritiam, Elizabethæ Angliæ Regiæ cum pri-

mis charus fuit. At ille suis facultatibus iuniori natu fratri relictis animum ad æterna applicuit. Cumque deliberrabundus hæreret, num Carthusiæ, num Capuccinis, num Societati nomen daret; huc illum animarum ardor, illuc suavissimum orandi otium inuitabat: adeoque timebat, ne animarum cura sæpè se domo egredi cogeret, ac tranquillitatem illam cælestem interuerteret. Sed posteaquam per quietem sibi audire visus est discretè verba illa: *Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet*; se Societati dedit: in qua etiam quarto Professorum voto adstrictus est. Mirabile erga animarum lucra studium in illo eluxit, & Salmanticae maximè, in erudiendis secundum S. P. Ignatij normam in sacro recessu pectoribus singularis planè ac rara felicitas, magno religionum bono ad quas ex eius disciplina nobilissimi quique cœtatim ibant. Eorum verò qui singularem commendationem merentur ad frugem insignem ac notabilem à vita solutiore Guilielmi operâ reductorum numerus increuit facilè ad trecentos. Etiamnum perstat nobilium cœtus ab illo ad magnum pauperum leuamentum iam olim Salmanticae institutus. Hibernorum seminarij ibidem columna fuit, & viuum iuuentuti domesticæ documentum pro animarum fiti. Obibat exercitia S. P. Ignatij ter quotannis, octo decemque

Vocatio.

Exercitia
S. P. Ignat.

Elemos.

B. U.

Hispano
Goz. 17.
Iunij 16
ætat.
Soc. 49.

decemue dierum spatio, & si licebat, productius. Vnum diem habebat quot mensibus quem ille familiari vocabulo *diem sua reformationis, seu instaurationis* vocabat: eo die toto nil cibi admittebat vsque ad noctem, totus cordi ad caelestia componendo attentus. Angelicæ illius puritatis decus etiam in Angelica totius vultus modestia elucebat. Paupertatis eximie studiosus, pecuniam ne nosse quidem volebat, nisi quando se itineri alicui accingebat: tunc enim quid hi, quid illi nummi valeret debuit edoceri. Si iter non erat nimis prolixum, illud non nisi pedes conficiebat. Domi somnus illi brevis, quem ferè vestitus, & super nudis asseribus capiebat. Flagella & cilicia tam crebra vt maiorum coercionem illa in re eguerit. Diuinæ Matris honori dies Sabbati ieiunio, & duarum horarum meditatione de Deiparæ dotibus instituta celebrabat, pridie festorum pane frigidaque contentus. Cum eius fama esset celebris in exercitijs S. P. Ignatii explicandis, Madritum accitus est rogatu magnorum quorundam procerum; quibus exercendis cum se accingeret, ita felix vixit, vt Sacerdotem quemdam valde probatæ virtutis Deus de Guilielmi salute certiozem reddiderit.

P. HIERONYMVS
XAVERIUS.

S Xauerij consanguineus, & virtutum æmulus. Goã ad Mogorensem aulam cum socijs profectus ab Imperatore magno in honore habitus. At ille honores illos in animarum fructum conuertit, multis Christo adiunctis, magno triumpho Ecclesiæ Catholicæ. Quatuor Regis nepotes Christi legem amplexi. Lahore Vrbe

Regiâ lapidibus à populo appetitus est quod negaret licere vt Rex viduus vxoris defunctæ sororem duceret. Regis Hispaniæ rogatu electus est in Archiepiscopum Angamalensem: sed Hieronymo præ mitris fuere labores, atque pericula, quibus apud Mogorenses exantlatis Goam redux diem clausit felici fine atque quieto, scriptis quoque clarus. Habebit anni 1617. historia non pauca quæ de illius itineribus, industriaque memoriæ tradat.

P. FELIX
MALASPINA.

HOC die cursum heroum confecit Parma in obsequio peste tactorū, & ipse gemino carbunculo, altero in brachio, altero in capitis vertice ictus, atque consumptus. Rectione non vnus Collegij perfunctus, hanc impetravit spartam, cum transmarinos Indos desiderio iam pridem complexus obtinere necdum posset. Blanda illi erga omnes in doles, amabilisque prudentia, & virtus non minor ijs, quibus natus erat Marchionum natalibus. Corpus ad aspera magni animi imperia exercebat domitu perpetuo, & continuatâ propè seuitiâ. Nam cœnæ loco in ediam sibi ferè semper indixerat; ad somnum vestes non ponebat, cilicio prægrandi, & horrido persæpè vestitus.

P. FRANCISCVS
PICCOLOMINEVS PRÆ-
POSIT. GENERAL.

HVIUS vita, qua in scholis, qua in rectione peracta est, & morte magnis innocentia, ac patientia, diuini que amoris laudibus illustri coronata.

P. VA-

Fides.

Italus Parma 17. Junij 15. 6. ætat. 42. Soc. 22.

Mortif.

Italus Roma 17. Junij 1651.

Hispanus. Goz. 17. Junij 1617. ætat. Soc. 49.

P. Valentinus Mangionius Italię postea Assistens, qui illum probè vndequaque pernouit, nihil ab illo vnquam patratę grauis noxę reperit; virginitatem illius, ac pretiosam ab omni lethali labe innocentiam chirographo contestatus, vt retuli in annuis anni 1650. Dilingę impressis. De illo sic scripsi, præter alia, in pretiosis occupationibus morientium in Societate cap. 25. n. 11. Huius dolores cotis instar erant ad illius ingenium, cor, vërba mirificè acuenda, & inflammanda, cum admirabili virtutum solidarum exaggeratione suam patientiam cumularer suspirijs gratiarum, & amoris plenis: *Non meum aiebat, Domine, sed tuum est dicere, sufficit, Domine, sis benedictus! hæc mea viscera debent liquefieri, dissolui; sis benedictus!* Commendationem animę recitari petens, dicebat: *Eia ponite animam meam in manus Angelorum. Veni, Domine, nolitardare.* Conuenit etiam cum vno, & altero, vt ad signa quę daturus erat absolueretur, cum loqui non posset, id quod in agone fecit. Petebat postea lætior, dolores sibi alios alijs addi, ad illos exantlandos paratus in milliones annorum. Ioannes Cardinalis de Lugo illi à Pontifice benedictionem attulit. Preces pro se fieri non aliter voluit, nisi vt moreretur, benedicens Deum. Inter dolores qui tota illi viscera exurebant, dicebat lætus cuidam Patri: *Morimur, & videmus.* Aquam quę illi recreando allata fuerat, vt biberet, aliquando totam effundebat, & dicebat; *Libemus Deo? Hoc enim esset querere delicias in Cruce, in qua me posuit Deus. Serua mihi aliquem angulum in tua Cruce, Crucifixe mi IESU! ecce me ad patiendum amplius, & amplius, etiam per totam æternitatem, sit tibi sic placeat, Deus!* Dixit cuidam hilariore quadam spe vndequaque perfusus, quod cum Deus incipit

Patentia.

Oratio.

aufferre timorem quemdam (vti ipse tunc experiebatur) pari sit res longè dulcissima. Animabus etiam quę in Purgatorio patiuntur sese crebro, ardentique inter dolores ac æternę felicitatis desideria, commendans, dixit se omnia ea sacra, quę ad intentionem Generalis sunt quothebdomadis, illis transcripsisse: nempe vt illę apud Deum optimè omnia expedirent negotia, pro quibus illa sacrificia destinari possunt quę ars felici successu solet à Deo coronari. Cum actus fidei faceret, rogabat B. Virginem, vt in quo ille deficeret, è suę fidei plenitudine illa suppleret. Post communionem auditus est dicere aliquando: *Domina, patere quęro, vt merita tua offeram Deo meo. Cum enim propria non habeam, nisi tua offerrem, vacuus in conspectu Domini apparerem.* Cum id per vires adhuc posset, per quartam horę partem nudis humi genibus perstitit petens, vt B. V. dedicato die Sabathi mori posset, obtinuit. 17. Iunii extinctus 1651. Desiderabat per morbum aliquando videre cælum è fenestra, & dicebat: *Heu quàm sordet Terra, dum cælum aspicio!* Tum Deum cæli coram tota eius curia adorabat. Sæpè illi in ore illa: *Paradisus? Paradisus! breui, breui spero istuc erimus. Magnificat.* Sæpè, ac tenerè secum repetebat; illa potissimum. *Et exultauit spiritus meus &c.* Dolores aiebat *pro Dei amore cum patientia tolerati, sunt mensura itineris sursum. Quare oportet mensuram istam habere bonam, confortam, & coagitatam.* Voluit, Sacrum in S. P. Ignatij cubiculo celebrari, per illud petijt animam suam immergi, in sanguine Saluatoris. Quo plus patiebatur diros illos, & longissimos calculi cruciatus, eò se magis ad reddendas Deo, quasi pro nouis beneficijs gratias effundebat; sed fusiùs de illo plura in vita. Et cap. 22. n. 23. De illius morte

Purgat.

B. V.

Conf. g.

Hisp. pat.
Valen.
Iunij
Soc. 2. 4.

Cassia.

Mortif.

morre medicorum non nemo affirmavit; optandum esse, vt omnes ad mortem viri istius conuenirent ad condiscendam ab illo artem bene, sancteque in summis cruciatibus moriendi. Sæpius quotidie peccata confessus est, ad gratiæ diuinæ cumulum exaugendum. Quicquid Theologicæ virtutes, quicquid omnis pretiosæ moriendi apparatus suggerit, abundè, meditatè, solidè, ac tenèrè per solidos ipsos 14. dies executus est. Vir de quo vt dixi, luculentum viri fide dignissimi testimoniū extat quòd Deum nunquam vilo lethali peccato offenderit: & tamen di-

cebat. *Non dubito, quidem de diuina misericordia: Absit! Hoc non! Hoc nunquam in æternum! tamen timeo peccata mea, & iudicem illum iustissimum.* Viaticum in medio cubiculi genibus nixus accepit; quotidie S. Synaxi postea recreatus. Manè post acerbissimos noctis cuiusdam dolores lætâ, & velut incantum flexâ voce cum se à nemine audiri putaret diuulè tria hæc repebat alto sensu *Amor! Amor! Amor! Deus! Deus Deus: Æternitas! Æternitas! Æternitas!* Abrumpo reliqua: & referuo alij loco & tempori.

XVIII. DIE IUNII.

P. P E T R V S
G A S C O N.

ANte initam Societatem pia Mater id illi inculcabat, vt in mille frustra se discerpi potius quam vilo peccato inquinari pateretur. Eius domus aded erat erga pauperas liberalis vt, *Hospitalis gratia* diceretur. Cum adhuc foris esset, cur chirothecas manibus non induceret rogatus, in Christi manibus clauos non chirothecas fuisse dixit, diuersorium deseruit, vt insidiosam suæ pudicitie matremfamilias fugeret: quam acerbè obiurgarat, & repulerat flagitium flagitantem. In Societate, impigrirate permagnâ fuit præstans, & seridè ad leges attentus ita vt omnem iocum ignorare penitus videretur. Æstate panno crasso vestitus, miserantibus respondebat, se in ea cogitatione occupari, quomodo dæmon flammis vbique sit velut vestitus, nec vestem illam vnquam possit exuere. Inde illi cogitatio in æternitate defixa, & verba nonniû necessaria,

eaque, seria, & perpauca. P. Ramirez, magnus istic Ecclesiastes, aiebat tales Galcones duodecim orbi terrarum conuertendo pares futuros. Etiam ruri degens partitè signo campanæ distinguebat tempora & obseruabat: orandi ranea studio duas mane horas, duas item alias vesperi transcribebat. Quodam dilecto suo & pio viro abeunte, ac documentum pro vitæ vniuersæ regula patente, chartulam arripuit, ac ter silentium illi inscripsit, ei que dedit pro vitæ totius ex virtute degendæ compendio.

P. F R A N C I S C V S
B O R D E S I U S.

HVius germanus, vir locuples, tres quos habebat liberos (vt narro in præiosis occupationibus cap. 24. n. 5.) Societati se dedicantes lætus vidit, demum eidem, & ipse addictus, nuncupatis sub mortem votis & suis omnibus (cuius erat Petrocoricensis)

S s Socie.

Confugios.

Hispanus
Valenciæ 18.
Iunii 1583.
Soc: 4.

Castit.

Mortific.

Timor.

Amor Dei.

Lingua.

Operarius.

Oratio.

Silentium.

Gallus Petrocoricis
18. Iunii 1596
alius ponit.
19. Maij.

Defid. mort.

Sacrum.

Socierati transcriptis. Ad huius in æde nostrâ magnâ Urbis celebritate tumulati sepulchrum post dies aliquot accessit P. Franciscus, & supplex a Deo, vt felici morte breui fratri iungeretur in cælo, petijt. Postridie sacrificanti missa è cælo vox dixisse perhibetur. *Exaudita est oratio tua.* Accinxit se ille quibus poterat artis sanctissimè moriendi industrijs, & breui post dies aliquot morbo fratrem ad immortales securus est: voto suo sanctè positus, & fraternæ mortis meditatione ad benè moriendum abundè instructus, priusque restatus nullum se diem vixisse quem non aliquâ cogitatæ mortis commentatione ornasset.

MARCUS ANTONIVS

RIVALTA COAD.

Italus Neapol. 18. Iunij 1611. Soc. 10.

B. 77.

Patensia.

DE hoc legi P. Petri Antonij Spinelli Prouincialis chirographum, in quo ait sibi ab illo narratum, quòd sub finem sui tyrociniij Paduæ, cum anxius animi affligeretur, manè somnum inter, ac vigiliam viderit Beatissimam Virginem Matrem, quæ dixerit, vt alacri animo esset, futurum enim quidem, vt & alia quædam pateretur, perstiturum tamen in Societate, & octo ferè annis victurum; tum demum saluum fore: duos etiam ex illius consanguineis diem vltimum obiisset. Ita videri Deiparam desisset;

& postea de duobus illis mortuis nuncium appulisse. Retulit id ille suo Magistro Nouitiorum, & postea anno 1610. Patri Spinello, eidemque idem sibi repeti petenti anno 1611. 2. Iunij iam extremum æger, octo annis postquam hoc à Beatissima Virgine audierat, repetijt.

ANONYMVS IAPON.

COADIUT.

LIteræ P. Petri de Boschere Vlyssiponæ datæ aiunt; hunc variè cruciatum, laniatum, & in aqua gelida per 70. dies itamersum, vt capite tantum emineret: demum gloriosum agonem abscisso capite consummasse.

Iaponia
Iaponia. 18.
Iunij. 1614

P. CLAVDIVS

CANTHEU.

Miro amore obedientiæ, ac sui odio inflammatus ardebat. Mansuetudo in illo suauissima, cum tamen sibi nihil parceret. Nullum ad Altare Deo sacrificium incruentum offerebat, quin se prius acerbis flagris cecidisset, atque ita Deo in doloris, & amoris victimam pro apparatione ad sacrificium obtulisset.

Gallus Nanc.
ceij. 18. Iunij
1618.
Stat. 55.
Soc. 10.

Sacrum
Mortif.

XIX. DIE.

XIX. DIE IVNII.

P. EDMONDVS
AVGERIVS.SEBASTIANVS GAR-
ZIA COADIVT.Gallus Co-
mi. 19. Iunij
1596.

Non defunt qui illum hoc die de-
cessisse affirmant, virum magnis
virtutis, & eloquentiæ laudibus
celebratum, aded vt à 4. seculis parem
illi Francia tota neminem habuisse di-
catur; & facile 40. millia mortalium
conuertisse ad fidem. Thefaurus dicen-
di illi erant ferè Isaias & Paulus. Vo-
cabant eum Patrem Patriæ, conserua-
torem fidei, salutis publicæ restituto-
rem, torrentem eloquentiæ Gallicanæ,
cuius anima ab Angelis in cælum de-
deduci conspecta fertur, quemad-
modum de illo 19. Ianuarij fufius
dixi.

P. IOANNES
DE CANNAS.Hispanus
Malaccæ.
Iunio 1596.
Soc. 40.

Rectionis arte planè religiosâ sin-
gularis fuit Ioannes, & magno ap-
ud omnes sanctimonix nomine cele-
bratus. Morientem inuisens Alphon-
sus Turrianus Decanus, vir eximie
pius, rogabat, idque serid, vt breuè
sequi morientem posset. Receptit Io-
annes id se apud Deum negotij acturū,
si quidem ita omnino veller: velle
respondit; & paucis post Ioannis mor-
tem diebus Decanum febris, morte
mox consecutâ prostrauit. Inde quo-
que aucta est de Ioanne opinio sancti-
tatis. Illud magis nostrum est, & ad
mores, quod à Ioannis morte repertus
sit libellus particularis examinis, cum
lineis ac punctis per ipsos 30. annos
diligenter ab eo adnotatis.

Mort.

Mort.

Examen
particularis.]

An te initam Societatem insignis
in illo in religiosos ordines reue-
rentia, & liberalitas enituit. Totus in
eo erat, vt vitam anteaactam fufis vber-
tim lachrymis elueret. Hinc illi ser-
monem dediuisis ferenti, vel audien-
ti manantes ab oculis lachrymæ; qui-
bus etiam cibum, quo vesceretur,
permiscebat, aded vt signo ad pran-
dium dato signum illi ad lachryman-
dum datum fuisse videatur. Suauissi-
ma illi erga Deiparam propensio vo-
luntatis, cuius Rosarium quotidie reci-
tabat, & lachrymis condiebat. Cum
parua quadam B. V. effigie dulcissimè
versabatur, hanc alloquebatur, hanc
osculis, lachrymis, precibus, hono-
rabat, & gratias agebat quod ope
Deiparæ cum illa imagine à naufragio
fuisset creptus, in quo nauis, quâ ipse
vehebatur cum re omni, ac socijs om-
nibus conflagraret.

Hispanus
Chiele. 19.
Iunij 1604.
ætat. 70.
Soc. 5.
Colloq. 6.
Concio.

Mensa.

B. V.

P. MELCHIOR
DE VENEGAS.

Hispano, & illustri genere in Vrbe
S. Iacobi natus ipso Deiparæ sine
macula conceptæ die anno 1572. Ho-
nori Deiparæ Fer. 4. & Sabbato ieiun-
nabat. In Societate hebdomadæ dies
in virtutes totidem à Deo petendas,
& exercendas partiebatur. Dominico
in desiderio videndi Deum se exerce-
bat. Fer. 2. in actibus contritionis. Fer.
3. vt gratias Deo ageret: Fer. 4. vt è
puro Dei amore quæreret tantum
Deum. Fer. 5. desiderabat imitari Chri-
stum.

Chilensis
Indus
19 Iunij, 1646.
Soc. 40.
B. V.Hebd. vie-
ntium.

S s 2 stum.

Paupertas.

Superior.

stum. Fer. 6. Sabbato suam voluntatem diuinæ coniungere. Collegio cuidam regendo præfectus, cum videret se vestem habere nouam è panno bono, eam confestim ei dedit, qui egebat, & aliam paupertati ac bono exemplo in Superiore, (vt ille aiebat, & faciebat) consentaneam induit. Nec pileum, neque calceos novos admisit, quòd Superiorem à capite ad pedes vsque pauperem esse debere iudicaret, ac dice-

ret. Virginitatis suæ custodem habuit paupertatem, cautam prudentiam, gulæ subactæ victoriam, confessionibus audiendis modestiam, quotidianam sui verberationem manè ante quàm alijs daretur signum à somno surgendi. Apud Tucumanos Apostoli nomen obtinuit. In Proincia Chonenfi primus fuit qui Euangelij lucem inuexit.

Castita.

Mortific.

Fides.

XX. DIE IUNII.

B. ALOYSIUS
GONZAGA.Italus Ro-
mæ. 20. Iunii
1504.

IN octaua corporis Christi, quæ anno 1591, in 20. Iunii inciderebat, Angelica Beati Aloysij anima carne soluta est. Natus est ope Beatissimæ Virginis Lauretanæ. Sed 21. Iunii, de illo cras plura.

P. IOANNES
FRIAS.Hispanus
Cordubæ.
20. Iunii
1597.

SOCIETATEM ingressus est plenus ingentium animorum vt Deo valde placeret. Quà quæ ibat, concionibus versabat omnia miro cordium motu, semper intentus in excidium peccatorum & occasionum. Inde ingens in illum tempestas excitata est, conflatis in eum calumnijs ab ijs quos & quas ab inticem auulserat, alijs proscriptis, alijs per modos alios separat. At eam tempestatem tranquillauit Deus. A damone verò fuisse coorta ea omnia inde patuit, quòd impurus ille genius haud contentus Patrem inter orandum varijs terriculamentis perturbare velle, perstreperè, se illi

Castitas.
Oratio.

formidabili specie non semel obijcere, cuidam etiam è scæminis illis ex impuro prostibulo creptis luculenter dixerit: sine mihi hunc Frias: habeo contra illum instructam aciem quâ de illo vindictam sumam. Quicquid verborum contra se dici, quicquid contra se scribi, etiam cum præesset, fieri videret, silentio, patientia pacatè ac citra vllum commotæ vel fortis vel animi signum ferebat, & vincebat. Multi facti sunt, se auri plurimum eius arbitrio permisisse, neque vnaquam induci illum potuisse vt pro se vel teruncium vnum admitteret. In eius cubiculo nil nisi scripta, & carnis (quam dirè habebat) afflictandæ instrumenta sunt reperta. In itinere quodam cum equo elapso, ipse cû aqua, luto ac manifesto discrimine certaret, SS. Angeli, inquit, iuuate me! Et mox adfuit quidam hilari specie, qui nullo verbo dicto, equum illi reduxit, illum è luto extractum equo imposuit, & itineri recto restituit, cum Ioannes interea se intus iucunditate mirâ perfundi sentiret, cumque illum oculis requireret vt gratias ei referret, iam ille videri desierat, nec conspici poterat, licet campus esset longe ac latè planus atque apertus. Mortis causâ illi fuit dicendi ardor quo

Superior.

Mortific.

Ang cust.

Gallus T
Iohæ. 20.
Iunii 1.
21. Iunij.
Soc. 2.
Vocatio.

Mors.

S. P.

Lustrans
Nangafac
20 Iunii
1626.
21. Iunij.
Soc. 41.

quo ad concionem cum diceret, abrupta venâ breui diem extremum clausit.

FRANCISCVS RE-
VOULZ SCHOLAST.
NOVITIVS.

Q Vanto maiore operâ Patrem toto quadricennio inuitum tandem peruenerat vt Societatem inire posset, tanto maiore studio in excellam, quam poterat virtutem incubuit, Aloysio in morum normam speculum, regulamque assumpto videbatur illius spiritum imbibisse. Quod de moriente Aloysio legerat hoc ipse crebrius repetebat: *In calum, n calum: nihil iam de terra loquendum est. Pro tantulo mi Deus! ô si possem, ô si valerem!* Quarto ante mortem die mortis suæ diem prædixit, & gratias Deo egit. Ipso die verò dixit, se vesperi, si dicere liceat, Deum aditurum. De Purgatorio quidpiam dicente aliquo; sperare se in Patrum ac fratrum ope aiebat ne ignes illos attingeret: item se vocationem suam Deiparæ debere; semper in illius fide se fuisse, fiduciaque tantâ erga illam duci, vt non possit sibi per eam non omnia polliceri. Et verò recitatis ter quotidie litanijs illam tenere salutabar.

P. FRANCISCVS
PACIECVS. ET OCTO
SOCII.

I Aponiæ domicilia omnia cum rege-
ret, anno 1628. 18. Dec. captus, vi-
citi petijt: sed negabant Iaponij fas
esse vinciri Sacerdotes necdum ritè
damnatos. Decennis puer cum esset,
auditâ de martyrum gloria disserta-

tione, ita exarsit, vt martyrij quæren-
di votum conceperit. Ab anno 1592. in
India & Iaponia magnis attritus labo-
ribus ac ærumnis, tandem cum qua-
tuor socijs catechistis in fidei odium ad
ignem damnatus, conflagrauit. Dixere
satellites ethnici, a: rã ac vilem orizam
illi socijsque porrectam ad victum, &
eam quæ ab eorum mensa supererat,
fuisse candidam ac notæ melioris; ip-
sis ministris id non semel expertis at-
que mirantibus.

P. IOANNES
BAPTISTA ZOLA.

I Bidem fidei retinentissimus, illam
lobirã in flammis morte testatus est,
postquam per septem menses vixit in
carcere ærumnoso, incredibili (in cau-
sa tam nobili) moriendi desiderio fla-
grans: idcirco & schedas P. Spinolæ,
& P. Nauartii secum gestabat semper, in
quibus illi pollicebantur id se ei a Deo
flagituros. Eius Breuiarium quo vsus
est, Fauentia est in magna veneratio-
ne, & agris etiam, vt aiunt, adrumen-
to. Fuit eius gloriæ socius.

VINCENTIVS
CAVN.

I S disertis verbis ad Christi fidem
deserendam inuitatus, cum id exe-
craretur, nudus in frigore extensus
est; constrictæ illi forcipibus nâres, &
manuum pedumque articuli; supinus
aquâ impletus, stomacho crebrius ver-
berato, & sanguinem reiectante. Cum
iterum, ac sæpius ad perfidiam vrge-
retur, eamque detestaretur, per ipsos
14. dies frigore ac inediã vexatus est.
Admirantibus constantiam, & hilari-
tatem omnibus, aiebat non suis se vi-
ribus

Desid. mar-
1774.Italus ibid.
Soc. 33.

Fidas.

Castita.

Mortife.

Fides.

Gallus To-
loza. 20.
Iunii 1. 17.
Stat. 19.
Soc. 2.
Vocatio.

Superior.

Mortif.

Mort.

S.P.

Ang. eni.

Lufitanus
Nangasachi.
20 Iunii
1626.
Stat. 60.
Soc. 41.

ribus pugnare: innumerabiles se Dei misericordias experiri.

P. BALTHASAR TORRES, ET MICHAEL TOSO.

Hispanus. ibid. 10. Junij 6:6. stat. 6: Soc 47. Fides.

Cum in arcto apud Omurenses carceri teneretur, custodes illorum tranquillitatem admirati, petierunt legem illam audire quae tanta in suis possit. Fecere id abunde socij: & custodem vnus baptismo lustratus; reliquis legem tam potentem laudantibus, optantibus, lacrymantibus; sed dicentibus, pro baptismo expectanda esse tempora molliora.

Omnes hinoventi, nempe Paciecus cum 4. socijs catechistis Iaponibus, Gaspere Sandamatzu, Petro Pinxi, Paulo Xinxuque, Ioanne Gujacu: & Pater Zola, Torres, Vincentius, Tozo, Nangasachum peruecti, terram osculo venerati, & palos mortuales amplexi sunt. Palis alligati, subiecto igne, lati psalmos, ac sanctissima IESV, & MARIAE nomina cecinere: atque intra semihoram in monte Sanctorum conflagrauerunt. Aiebant ij qui Pacieco, Torressio, ac socijs in carcere orizam atram ad vescendum suppeditauerunt, magnae id sibi admirationi fuisse, quod oriza, quae illis comedentibus supererat, fuerit candida, & notae longè melioris quam cum ad eos fuisset illata. Nam atram, deterioremque illatam, relatum verò candidam & nobiliorem.

Socij: noui. cas.

Oratio. Mart.

Oriza candida.

XXI. DIE IUNII.

P. BARTHOLOMÆVS BUSTAMANTIUS.

Hispanus Triguerei: t. Junij 1570. Vocatio.

Ante initam Societatem inter sacrificandum vehementer instabat certior fieri de diuina voluntate; & fuis ibidem largè lachrymis vehementer impelli se sensit, ac moneri, vt Guipuzgoam profectus id ageret quod Franciscum nuper Candiae Ducem agere videret. necdum planè cognorat de recenti Francisci vita Bartholomeus. Ergo abiit, vidit, secutus est; & in Societatem cooptatus. Per iter, Deiparae ex rosario salutandae intentus, praecipuum cum iumento in altam voraginem lapsus, Deiparae inuocatae, ac Borgiae precibus euasit incolumis. Tyronum Domum per sancte

Exemplum.

B. V.

rexit, aded vt illam Domum Beatus Borgia vocaret Gemmam Societatis. Diu optauit, quafuitque formulam Deiparae amorem petendi, & impetrandi. Reperit hanc sancti Bonauenturae, ac tenerè crebroque vsurpauit: Dulcissime Domine IESV, dignare me infimum omnium peccatorum sacratissima Virgini Matri tuae reuerentiam debitam exhibere. Et tu, clementissima Domina mea, mihi indignissimo peccatori impetra, vt perfecte tuae sim deditus seruituti; & tibi omni tempore obsequar, pura mente, ac deuoto corde cõtinuò tuae benignitati assistam. Magna eius prudentiae documenta, & vitam reliquam latè profsequitur Algambe in annum 1670.

Novitiam.

B. V.

B. ALOY-

Italus R. m. 10. 21. Junij 1591. Soc. ann.

Vocatio. B. V.

B. V.

B. ALOYSIVS DARIVS GERLA
GONZAGA. COADIUT.

Italus Ro-
mae. 10 vel
21. Iunii
1591. Et. 24.
Soo. anno 6.

Vocatio,
B. V.

B. V.

MAdriti die Assumptionis B. V. post communionem, Deiparâ consultrice in deliberatione de vitâ statu vsus, vocem audiuit: *Societatem Iesv ingredi:* & Ferdinando Marchione Patre tandem sententiâ adducto, cum esset primogenitus Marchionatû posuit, Societatem Iesv amplexus; in qua nomen Angelici consecutus est, humilitate, virginitate, quam Deiparâ sequestrâ puer Deo Sacramenti religione sponderat, orandi assiduitate, admirabilique attentione, quâ mentem citra euagationes vllas Deo affixam habebat. Paruulus cum per gradus domi ascenderet, Sanctæ Catharinæ Senensis imitatione, B. Virginem Angelicâ oratione salutabat. In Societate audito super mensam legi *MARIÆ* nomine in lachrymas soluebatur, tenentia cordis per oculos erumpente; ac etiam per linguam cum de illa vel in Parthenio diceret, vel cum socijs loqueretur. Clarus innocentiam semper illibatâ, clarus apparitione præter alias illâ quâ B. Magdalênæ Florentinæ, ac alijs ostensus est gloriosus; clarus magnâ in ægros beneficentiâ, & miraculis à Paulo V. Pontifice Maximo 1606. *Beatus* est appellatus; & 1618. 31. Martij vt ad aras coleretur concessum est: quam facultatem latius extendit dato 2. Octobris 1627. Gregorius XV. Plura de illo in vita ad annum 1591.

DVo in hoc præter laudes alias præcipuè eluxere, alterum quod ad audienda cælestia eximie fuerit audis, ac tener, alterum, quod dictum Dominicum præcipua semper religione coluerit, non alio quam illo die se de vita migraturum ex veto prædixerit.

Italus Ro-
mae 21
Iunii 1598.
ætat. 53.
Soc. 12.

Mort.

IOANNES MARINVS
SCHOLASTICVS.

Cilicio, disciplinis, modestiâ incredibili ac nuncupato singulari de immaculat. B. V. conceptione tuenda, voto, & alio quo se ad quærendos sui vexandi occasiones obstrinxerat, magnoperè admirationi fuit ijs, qui cum eo versari sunt. Positis humi genibus, coram Christo, cui Crucifixio studebat, velut sub magistri cathedra, oculisque discipulus, Virginitatem perpetuam, ope immaculatæ Deiparæ, imò integram omni mortali labe conscientiam semper seruauit; voti-que Sacramento se obligauit ad omne etiam veniale deliberatum peccatum sollicitè vitandû. Eo semestri quo eger decubuit, ne manum quidem vnquam citra obedientiæ imperiû commouere est visus; etiam inter acerrimos capitis, pectoris, vlcera, & cæteros dolores, animo aded semper composito, vt Medici æquabilitatem illam admirati, F. Mansuetum illum appellarint: Mortuum Bibbilibim transferri non passi ciues apud quos obierat, Sanctum illum certatim dixere, ijs quoque quibus vsus fuerat pro reuerentia direptis.

Hispanus
in Patria ad
Bibbilibim. 21.
Iunii 1623.

Mortif.
Studia
Crucif.

Obed.
Morbus.

XXII. DIE IVNII.

CLAVDIVS VOLEY
COADIUT.ANDREAS SAA
SCHOLASTICUS.Belga Cam-
berij. 22.
Iunij 1670.
ætat. 65.
Soc. 36.

Mortuus

Spei.

Crucif.

Mort.

DE hoc annuæ, ac pretiosæ meæ occupationes ita habent. Claudio Voley Coadiutori Camberij inclinante iam vitâ adfuit magna dæmonum caterua truci, horrendoque aspectu. vt ad S. quondam Antonium, Leonem, Vrforum, Taurorum, draconumque portentosis formis, ægrum territura; quibus voces congruæ respondebant ad deturbandam de spei arce Claudium. At ille inter pugnam cælites auxiliare accersere coniunctisque viribus dæmonis conatus recundere. Cum autem se ab illo metu tantillum reuocasset, spectandum se obtulit athletæ suo cælestis agonotheta veluti clavis cruci affixus; & illum sermone dignatus, pauentem erexit, pollicitusque est ad extremas vitæ metas (ne diffideret) affuturum.

IPse apertè significauit (vt habent annuæ instare sibi exitum vitæ, eaque propter, vt eam etiam ex obedientiæ legibus liceret finire, à suo Rectore postulauit cum Patre Roderico in cælum abeundi comeatum. Patris Roderici vulgatâ morte, adscito valetudinarii præfecto in suum iam moribundi funus solemnia, quæ sunt præparanda denunciavit, arcessendumque Collegij præsidem vti eius bonâ veniâ è viuis migraret, tum nemini dubium fuit quin sui decessus è cælo certos nuncios accepisset. Mox Pater Rector adfuit; à quo suæ missionis impetrato comeatu Andreas sumpto in manus sacro ardente cereo cum venerationis amorisque plenissima oscula sæpius in Crucifixi plagis defixisset, subitò deficiente cum viribus voce, concitatorumque anhelitum, qua per moræ impatientiam vrgente animo, cæli, Deique cupido, vinculis mortalitatis breuissimè placidissimeque absolutus est.

Lustratus
Conimbricæ
Iunio. 1671.
ætat. 53.
Soc. 7.

Mort.

XXIII. DIE IVNII.

IOSEPHVS MARTI-
NIUS SCHOL.Italus Parmæ. 1578.
23. Iunij
ætat. 21.
Soc. 4.

Illustri genere, ingenio, & virtute, in quo ne quidem tyrones ipsi, quantumuis attenti, & sagaces. quicquid quod displiceret repererint. Lingua illi mirum in modum ad omnem

trutinam accurata, ne quid effunderet. Futuro suo Rectori scribens, rogauit, ab illo instar deliri tractari, & assidue affigi, ac exerceri. Ad eò, innocens, vt per extremos 13. menses nil vnquam egerit vt fertur, quod vel veniale peccatum iudicaretur. Obedientia illius cæca dicitur etiam nescio quo miraculo honorata. Sub mortem

Mortif.

Mm.
 eem ingenti clamore sublato restitit,
 & Crucifixum opposuit dæmoni, ma-
 gnam de illo concepram sanctitatis
 opinionem illi oggerenti.

Patris quoque Costeri illic extincti
 preces postulans migravit.

**P. THOMAS
 GARNETUS.**

*Anglus
 Londini 21.
 Junij 1608.*

Mori.
Fides.
 Per plures menses ferro vinctus,
 mox exul, iterumque in Angliam
 reuersus, post sex annos in laboribus
 positos, iteratè exul ac redux, tentus,
 & supinus in cruce ad supplicium rap-
 tatus, suspensio strangulatus, ac disse-
 ctus est; quòd Iesuita esset, quòd Sa-
 cerdos Catholicus, quòdque è præ-
 scriptâ quæ contra Pontificiam autho-
 ritatem erat, iurandi formulâ iurifru-
 randi sacramentum Regi pronuntiare
 detrectaret. Num vitam iuramento
 illo vellet redimere interrogatus; ne
 quidem quinque millium vitarum
 pretio se id facturum dixit. Benè ini-
 micis nominatim singulis, benè Regi,
 Reginæque precatus: *Pater noster, Ave
 MARIA, Credo, Veni creator spiritus,*
&c. dixit, & pependit felix.

**P. PAVLVS
 SCHEFFERUS.**

*Belga Bru-
 xellæ 23.
 Junij 1620.
 ætat. 43.
 Soc. 4.
 Lux.
 Mori.*

Mortif.
 Perpetua, tranquilla, & modesta
 illi è vultu hilaritas elucebat. Ex-
 tremas Sacramenta cum perciperet ma-
 gna luce conspectâ perfusus; Quanta
 lux! exclamavit: & à Rectore rogatus
 num eâ delectaretur; & verò aiebat
 vehementer illâ delector. Tum Deipa-
 ræ, & S. P. Ignatij nomine inuocato,

**P. IOANNES
 VASEUS.**

*Belga in
 Paraquaria.
 Junio 1623.
 ætat. 19.*
Oculi.
Vesperis.
Mortif.
 In Paraquariam anno 1616. nauiga-
 uit, & in Guayra fructuosum labo-
 rem impendit, Euangelio, pueris in-
 struendis, festis apparatu musico (quippe
 olim Alberti Archiducis Sympho-
 niacus) piè, ac splendide celebrandis,
 magnâ Indorum voluptate. Oculos
 castissimâ custodiâ tenebat vinctos, ne
 vel pueri quidem vilius, raceo fœmi-
 næ, vultum aspicerent. Puritati suæ
 Beatissimam Virginem & Angelum
 Custodem præfecerat, quem, vt eâ
 quoque significatione coleret, sedem
 illi ad caput lectuli pro nocte colloca-
 bat, & cubitum concedens oppido
 vniuerso benè precabatur. Cruce in
 quatuor illius partes ductâ, vt à pec-
 caris hoc præsidio muniretur. Particu-
 larim ad singula, facultatem poscebat;
 vt ex obedientiæ rectione faceret
 quicquid agendum occurreret. Ad
 Confessiones audiendas & ferè modo,
 quo ad sacrum, se oratione præpara-
 bat. Vt nauseantem stomachum per-
 uinceret, aquam sanè turbidam bibit,
 & quadram sordium plenam linguâ
 detesit. Lingua illi tam attentè cauta,
 vt nunquam per omnem vitam vilius
 mendacij sibi conscius fuerit: actiones
 tam circumspectæ, vt singulas simili-
 bus Christi olim inter mortales agen-
 tis actionibus coniunctas Deo vbique
 præsentem obtulerit, constantiâ magnâ,
 licet nullo teneriore solatio.

*Belga in
 Paraquaria.
 Junio 1623.
 ætat. 19.*

Oculi.

Vesperis.

Mortif.

Lingua.

XXIV. DIE IUNII.

ANTONIUS P. CAROLVS
DE HENRICIS SCRIBANIUS.
COADIUT.

Italus Ty-
burt. 1602.
ætat 72.
Soc. 48.

Huius, & imago, & vestes, & vir-
tutis memoria viget etiamnum
in Collegio Tyburtino; quod
illum tumbâ condidit, & ei hoc elo-
gium dedit: Ossa fratris nostri An-
tonij de Henricis à Monte Ferrato Co-
adiutoris temporalis insigni pierate
Viri, qui Collegium hoc Tyburinum,
in quo fuerat tempore B. Patris nostri
Ignatij constitutus, perpetuo vsque ad
obitum incoluit, eiusque inopiam sum-
mis suis laboribus, & corrogatis plu-
rimis eleemosynis subleuauit. Sanctæ
paupertatis, & obedientiæ studium,
humilitas, patientia, orationis feruor
penè assiduus, & caritas in cæteris eius
virtutibus eminebant. Demum ma-
gnâ domi, forisq; opinione sanctira-
tis relictâ piè obiit in Domino; sepul-
tusque est postridiè miro affluentis
populi concursu: cum etiam plurimi
sibi vestes capillosque sacrarum reli-
quiarum instar auferrent. Plures aie-
bant, suam sospiratem Antonij preci-
bus se debere. Paruulæ septem annos
natæ, à qua in platea salutabatur, fel-
licem breui mortem ex vero prædixit,
idque post 4. dies euenit. Anno 1601.
4. Nonas Martij pleuritide prostratus,
& iam extremum vnctus à P. Mario
Franeo Rectore interrogatus est; quos
adhuc annos vitæ sibi polliceretur?
Cunctatus respondit tandem, vt pare-
ret: Paulò plus quàm 15. mensibus se
victurum. Et prædictioni respondit
eius vita, & mors.

Oratio.

Mors.

Magnifici, constantis, erecti ad
magna, liberalisque, sed religio-
si, animi vir, pecuniæ summam ma-
gnam vrgenti cum nihil haberet, quod
daret, se in preces dedit; ac petentem
idem, vt ageret monuit, & vesperi
eadem die tantumdem pecuniæ ab
ignara eius necessitatis persona sub-
missum est quantum petebatur; quo
viso Carolus, En, inquit precum no-
strarum fructum. Aulæ, ac honoribus,
vt idoneus, ita eorum fugitans. De i-
paræ corollam semper gerebat è collo
cum lipsanis. Peccata Sacramento
quotidie semel & aliquando iterum,
expiabat, sæpè inter sacrificandum la-
chrymans, atque singultiens. Cubicu-
lo egressurus, pedes Aspriollensis sta-
tuæ B. V. osculabatur; & id ad quod
exibat negotium illi commendabat.
Cum Antuerpiæ præfesset, egros in Pro-
uincia ad se mitti petebat, eoque aman-
tissime liberalissimeq; habebat. Paucis
ante mortè diebus P. Philippo Bultinck
Mechliniam eunti, Eia, inquit, Pater,
simul in cælum proficisci debemus,
Nunciatâ P. Scribani morte P. Philip-
pus quid ab illo sibi dictum esset nar-
rans, breui concidit; & non nisi ex-
tremâ vnctione munitus obiit. Illu-
stri fœminæ prædixit fore, vt breui
vterque eriperetur è vitæ ærumnis; se
ante illam sex hebdomadis præcessu-
rum. Et illa sextâ omninò hebdomadâ
exeunte obiit post Caroli nostri mor-
tem.

Belga Ant-
uerpia. 14.
Iunij 63.
ætat. 69.

Oratio.

Conf. quæ

B. V.

Charitas
Superior

Mors.

XXV. DIE

XXV. DIE IVNII.

P. ALVARVS
LEDESMA.P. IOANNES FRANCIS-
CVS IOANNELLVS.Hispanus
Madridi. 25.
Iunij 1597.

Per ipsos 40. annos assiduitate magna operam dedit Confessionibus audiendis. Descripserat in Scheda alias, & alias attriti senio corporis afflictationes, quarum potestatem semestri ante obitum à P. Visitatore sibi fieri flagitabat. Cum in omnibus ea planè innocentia, quæ tyronum quispiam versaretur, & impensè infima quæque, ac abiectissima expeteret atque impetrata alacriter, nec sine lachrymis præ tenero pietatis sensu fuis, obiret, causam rogatus respondebat; se suam ad Deum perfectionam adornare. Vno ante mortem mense diserte cuidam dixit; breuè se in puluerem soluendum.

P. IOANNES
BREDANVS.Belga Ra-
tishonæ 25.
Iunij 1609.
Soc. 44.

Hunc per semestre ægrum, & nec manum ori admouere, nec vlllo officio fungi valentem, illustre, & viuendi & moriendi exemplum vocant literæ Ratisbonenses. Frisburgensis Senatus tres honoratissimos viros ad Prouincialem ablegauit, vt P. Ioannem Frisburgum remitteret. Inter præclaras, quæ ad populum dicendi, quæ conscientias exviandis dotes, hæc in illo emittit quoddam morientibus percitè, ac perlubenter ad extremum vsq; adesset, magno illorum solatio. Non-genti sunt numerati: quorum extremo in agone oculos clausit fidelis hic amicus vsque ad mortem.

Mexici per exercitia Sancti P. Ignatii repente manu dexteræ excelsi in alium planè virum miratus est ardore tanto, vt Socij ex Italia cum illo appulsi venerabundi obstupescerent, negarentque hunc esse illum quem nouerant. Detractas somno horas plures orationi dabat coram sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento. Tantâ flagrantia precabatur, vt illum alij, ea de causa taciti obseruarent, quò se accenderent. Cruentâ quotidie flagellatione corpus cruciabat; largius verò in B. V. peruigilijs. Repertum est post obitum eius chirographum, quo per B. Stanislaum Beatissimæ Virgini porrecto, se Deiparæ transcriberet, eâ verborum vi, quæ pietatem, admirationemque moueret, Pro rerum omnium compendio suadebat omnibus, vt voluntatem suam diuinæ vndequaque accommodarent: semperque, descripta secum circumferebat, crebrò vsurpans verba illa. *Inueni virum secundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas.* In huius nutum aded se in morte quoque proiecerat, vt cum per mare Pacificum in Philippinas nauigans eo quo ipse id ante prædixerat tempore moretetur, religiosi viri qui aderant, se virum qui verè Sanctum virtutis exemplum sit, morientem videre non semel affirmarent. Moriens dicebat; duos fratres sibi adesse; ac statim euolare, si quispiam aduenisset. B. B. Aloysium & Stanislaum fuisse opinio fuit, quibus vnicè erat addictus.

Italus in
mari ad Phi-
lippinas 25.
Iunij 1622.

Exercitia.

Oratio.

Mortif.

B.V.

Conform.
cum volunt.
Dei.

Mort.

B. P. Aloys.
& Stanis.

T t 2 XXVI. DIE

XXVI. DIE IUNII.

IOANNES FERNANDFZ COADIUT.

P. IOANNES GEORGIVS VOGLERIUS.

Hispanus Firandi. 16. Iunii 1587.

Patientia.

Fides.

B. V.

S. Ancti Francisci Xauerij in Iaponia Socius fuit; magni ab illo habitus, & multis ad fidem adductis illustris. Amanguccij vir grauis iili concionanti aderat, vt exploderet, qua dicebat; Verum cum istic procax quispian in Ioannis os phlegma foede expuisset, ac Ioannes modesto silentio rem dissimulans, os strophio absterfisset, ac dicere ad Populum perrexisset, illa facti excelitate aded permotus est vir ille grauis, vt ad Ioannis pedes abiectus primus baptismum perierit. Inde plures, pluresque conuersi. Firandi B. V. sine macula concepta templum extruxit. Sacerdotes in summa habebat reuerentia; coram illis nunquam, nisi iussu illorum locutus.

S. Augustinus illi familiaris erat, S. alenda priuata pietati; pro concione, Chrysofomus. Humilitate, ac dicendi vi excellens; ac haereticis vt formidini, sic & odio fuit; Hagenae potissimum, vbi nata haereticorum de illo fabula illum illustriorem fecit, & Hagenoam reuertit cogit. cum alio abijisset confinxerant de illo alid auocato haeretici, vt solent esse ad mentiendum valde prompti, & gliscebat fama in vulgus ab illis late sparsa, Voglerium ab infernate genio esse obsessum, catenis domi alligatum fuisse, tandem denique abreptum euauuisse. At vbi Voglerius comparuit, pudit illos mendaciam luculenti, atque calumniae. Rebus afflictis leuamentum a Beatissima Virginis, & sancti Iosephi, qua patrocinio, qua exemplo petebat. Vnde, & librum scripsit; inscriptaque fontem consolationis; qui est MARLA, & IOSEPH pro omnibus afflictis.

Germanus Heriboli Junij 1625. etar. 40. Soc. 17.

Hispanus in Am. 27. Iunij.

Oratio.

Fides.

S. V.

Gallus Gallie Junij 1625. et 17. Soc.

XXVII. DIE

XXVII. DIE IVNII.

P. R APHAEL
FERRER.

Hispanus.
in America.
27. Iun. 1610

Oratio.

Fides.

IN Peruiam abiit, & postea in America inter Cophanes odio fidei occisus est semper audis fuit difficillimarum expeditionum. In sacrificio Missæ, in recitandis Litanijis in legendo spirituali libro vbertim lachrymabatur. Intra breue tempus è syluis plures mansuefecit, & 400. baptismo lustrauit. Cali in Popayana Prouincia cum scenicam actionem, quam dari nolebat non posset dissoluere, ex improviso antequam illa inchoaretur se in theatrum dedit, & ita dixit, vt omnes ad lachrymas permouerit, & omnia disturbarit; exosus erat indigenis rituum suorum retinentibus, eoque ne ritus illos prædicando conuelleret in profluentem abiectus, & mersus est.

I O A N N E S
MARQUESIVS
COADIUT.

Gallus in
Gallia 27.
Iunij 1621.
At 1. Soc. 22.

TRanquillitate animi, vultus ubique constantia, memorabili obe-

dientia exemplo: ac Instituti obseruantia præcelluit. Patrum cuiusdam qui longè aberat moriens apparuit vt fama est, eumque non semel postea certiore fecit, se iam Beatorum felicitate potiri.

Mors.

DIDACVS, SEV IACOBVS SARABIAS.
COADIUT.

ANte initam Societatem cum esset aceptor, modico ipse contentus, reliqua omnia dabat pauperibus. In Societate cum ei secularis quidam in publico alapam infixisset, ad eius pedes abiectus veniam petijt quasi fecisset, non accepisset iniuriam. Mauris prædas agentibus alicubi obuius, sanctum, vt ille vocabat, Rosarium protulit, & se nihil eos metuere dixit. Putatur à Deipara eorum oculis subductus, cum gens illa effere, & omnis prædæ auda transiret Iacobo nil tacto, & fortè nec viso. Moriens dulcissimo gaudio exultabat, quod in Societate Iesu, & quidem præstiro peste contactis charitatis officio, moreretur.

Hispanus
Valentiz.
158.
mense Iunio

Patientia.

S.V.

Mors.

XXVIII. DIE IUNII.

P. FRANCISCVS
GOVEANUS.

Lusitanus
In Angola.
28. iunij 1574

Mors.

Mltra hic & fecit, & passus est in Angola, quippe ipsis 14. annis in custodia detentus. Cum æger decumberet, Angolæ Rex, vtriusque Sacchinus, circumire assidue domum noctes, & dies iussit cantores suos, qui voce, & pulsatis organis pro vana opinione gentis mortem deterrerent, ne accederet, tamen 4. Kal. Sextiles mors adfuit, magno ipsius Regis dolore, & Lusitanorum. In sacello ab ipso extructo datus est sepulturæ, ad quam honorandam Rex boues per multos Lusitanis donauit.

LEONARDVS DV BOIS
NOVITIVS.

Gallus Burdigalæ 8.
Iunij 1610.
B.V.

Euch.

Per iter comites itineris hæreticos, pignarus, qui essent, in B. Virginem licenter blaterantes vbi audiuit, non solum illos magno sensu coarguit, verum nec eidem mensæ cum illis deinceps accumbere, nec in eodem diversorio morari, nec iter vnà prosequi voluit. Æger cum diuino viatico refici non posset, oleo extremo vnctus, eius Sacramenti beneficio, stomachum ita compositum inuenit, vt etiam cælesti illud immortalitatis pharmacum sumpserit. Moriens velut cum infernate genio depugnans; falsum est, aiebat, non sum Theologus, non percipio quid dicas. Deiparam implorandam suggerentibus Socijs, implorata est, inquit; & vultu tranquillo

hilaris, manu quoque, ac voce latâ signum dedit victoriæ.

P. VINCENTIVS
CAMPANILIS.

Conscientiæ quæstiones per annos 15. explicuit; Nouitios exemplo magno per 14. annos rexit Magister omnibus persanctæ institutionis artibus absolutus. Collegium Neapolitanum orandi potissimum studio gubernauit tempore illo quo seditione publicâ Vrbs tota flagrabat; visus tunc etiam à nostro quopiam (vti aliàs ab alijs) cælesti quodam splendore, ac radijs colluceat, si famæ credendum est. Neapoli, anno 1646. 7. Ianuarij, peracto diuino sacrificio, *Iam, inquit, habemus Vincentium Carasam Præpositum Generalem.* Et verò eo ipso die Romæ Carasa electus est. De quibusdam in Societate iuuenibus (quorum prima ætas velut in herba prosperè crescebat in spes excelsas) parum prospera quædam, & vera, ipsoque postea euentu firmata, prædixit. At super omnia fuit amantissimus domesticæ disciplinæ; seueri in seipsum exempli, cibis quoque cinere ac amaro quopiam succo perunctis; effusæ in alios atque amabilis charitatis; vultus animique semper æqui atque tranquilli; quippe dulcis cuiusdam fiduciæ pleni, atque ab illa planè pendentis.

P. IOSE-

Ysalus N
poli. 28.
Iunij 1574
at. 68.
Soc. 50.

Zelus an

Italus Neapoli. 8.
Iunij 1650.
at. 78.
Soc. 57.

Oratio.

Sacrum.

Mortif.

Euch.
Actus h
prens.

Mortif.

P. IOSEPHVS
GVSTAPANE.

morte absoluit vitam, luculentra & ipse
victima charitati.

Italus Neapoli. 28. Junij 1696. aet. 68. Soc. 50.

Zelus animi.

Mortif.

Zuch. Altus hereticus.

ELucebant in huius viri oculis, verbis, moribus, leges nostrae modestiae, ac diligens ad normam ab Ignatio praescriptam attentio, nullo se excusandi obtentu. In orando assiduus, & genibus humi nixus. ut promptus ad aegros pauperes visendos a Superiore inueniretur, se pallio iam instructum offerebat. Extremam, etiam Praepositus, in templo sedem occupavit; ut pauperes plures expiandos haberet. Per iter aliquando Deum impense precabatur, ut ad se aliquem destinaret, cuius animae ipse vsui esse posset. Sic oranti ecce tibi adfuit adolescens ineunda Societatis cupidus; & Iosepho adnitente, eidem deinde adscriptus est. Cilicio perquam rigido, flagris autem ferè etiam supramodum se atterebat, & cruentabat. Vnde non sine metu periculi decumbere coactus est aliquando praediato illo laniatu, toto dorso exulceratus, & rigens. Nulli loco praefuit, quod illum redire non optarint, apud quos fuerat. Sanctissimum Sacramentum ab aegro Nouitio stomachi indignatione redditum, ore hilari hausit, & stomachum virtute peruenit. Plura de illo dedi in heroicis; & victimis charitatis: nam illa

MATTHIAS VITRIARIVS COADIUTOR ET SOC.

CVm P. Christophoro Spo teo (de quo 14. Junij egi) multa perpeffus demum in carcere haereticopeffte decessit: & post illum *Nicolaus Mercator*. Coad.

Lithuanus Stocholm. 28. Junij. 1601. aet. 26. Soc. 3.

P. THOMAS METHAMVS.

VIti doctrinae ac sanctimoniae nomine celebratus; arob fidem orthodoxam assertam, Elizabethae Reginae inuisus, eoque carceri mancipatus, Londinensem turrim per quatuor annos incoluit. Inde in alios ex alijs carceres deportatus, demum inter paludes in Visbicensi ergastulo per annos plures ea passus est quae proeaces haereticorum linguae, ac immortalè in orthodoxum nomen odium suggererat. Ita vitam per annos 17. in carceribus arumnosam longa morte clausit, cruentam semper desiderans, & expectans.

Anglus Visbici. Iunio. 1592. aet. 60. Soc. 9.

Fides.



XXIX. DIE IUNII.

P. ILDEFONSVS
A POSO.

Hispanus
Cuius in
Pera. 29.
Iunij 1606.
ætat. 47.
Soc. 7.

Sui victoris
Cast.
Molest.
oculorum.

Mortif.

Magnâ virtute se aded perdo-
muit, vt cum ad iram esset na-
turæ propensione incitator, in
Societate iratum illum nemo vnquam
viderit. Modestia oculorum constans
vsque ad admirabilitatem; maximè
in fœminis nunquam conspiciendis,
cum alias tum in sacro tribunali cum
confessiones acciperet. Vnde fœminæ
Indæ illi confessæ dicebant, se cæco illi
Patri sua peccata confessas. Quotidia-
nis verberibus, adeo vsque se lan-
abat, vt moneri debuerit, ne quid
nimis.

P. IOANNES
PAVLVS FONS.

Hispanus
Barcinonæ.
29. Iunij
1622. æt. 49.
Soc. 28.

Concionat.

B.V.

Strenuus planè sub Christi vexillo
smiles, ac dicendo vi magnâ prædi-
tus, execratusque illam dicendi luxu-
riam, quâ inanis imprudentium blan-
diloquentia delectare quærens potius,
quàm prodesse adulterat verbum Dei.
Barcinonæ impensè contra illum que-
sti sunt Oenopolæ, ac fœminæ impu-
dentes, ob mortales à vino, fœmi-
nisque abstractos: contra, religiosi
multos ad se conuolare gaudebant.
Incredibili, & voti etiam religionis fir-
mato studio connitebatur Deiparæ,
amorem, & honorem pro viribus pro-
uehere. Atque illinc illi prærogatiua
illam pretiosa, quòd per omnem
suam vitam nullius vnquam letalis
noxx conscientiam habuerit. Morbus,

& dolore, & odore tererrimo longè
molestissimus; patientiam eius inui-
ctam vbi diu exerceat, illum ex-
tinxit.

P. HIGERVS ARCKE-
NIUS PIRCKEN.

DE hoc sic habent annuæ Rheni
inferioris. Erudiendæ ad litteras,
& pietatem iuuenturi, & nauandæ
constitendis operæ assidue intentus.
Nec lites, nec querelas ferebat quæta
illius modestia. A Societate se nun-
quam, nunquam velle desciscere, chi-
rographo suo sanguine exarato, & è
collo ad pectus gestato luculenter te-
stis est. Eluxit eximia viri, & sim-
plex, nec imitanda pietas in ijs; quæ
in eius pectore post mortem scalpello,
igne, puluereque factis eleganter cir-
culis, & incluis in illo characteribus,
exarata reperta sunt. In primo circulo
habebat effigiem Sanctissimæ Trini-
tatis; sub hac duo circuli, IESVM, &
MARIAM; singuli alij circuli singula
hæc nomina referebant: sancti Mi-
chaelis Angeli custodis, sancti Iose-
phi, S. Patris Ignatij, Sancti Fran-
cisci Xauerij Sanctæ Catharinæ Sen-
nensis, S. Catharinæ, V. Martyris.
Hæc illi stigmata pro clypeo erant
aduerso pectore. Mortem obiit per-
quam apparatè, ac libellum seu ma-
nuale, vt vocant, omnis ad mortem
apparationis, atque industriæ, plenum
post se reliquit.

Germanus
Nonessij. 29.
Iunij 1615.
ætat. 61.
Soc. 41.

Vocatis.

SSS. Trin. b.

B. ALPHON-

ALPHONSVS MEN-
DEZ PATRIACHA
ÆTHIOPIÆ.

ærumnas adactis, nonnullis etiam interfectis, Alphonso in exilium ire iusso.

Per iter à Turcis interceptus, & in carcerem detrusus Alphonfus ad collum, ad lumbos, & ad pedes ferro vinctus, per annum integrum istic magnam patientiæ messem collegit. Educebatur tamen nonnunquam vna cum duobus socij; Patribus de Societate ad eleemosynam corrogandam. Vna catena omnes tres circumdabat. Nec semel pronunciata est in eum decretoria mortis sententia. Sed Christianorum liberalitate in libertatem assertus Goam reuersus est. Ibi in Collegio magno omnibus de se dedit exempla præclaræ virtutis. Semper interea de Æthiopibus suis sollicitus, instanter in eorum utilitates plura componens, atque in omnem (si quâ via daretur) reditio- nis adornandæ occasionem intentus. Socius Alphonfi in carcere fuit P. Didacus de Mattos Goæ postea vitâ functus 3. Iunij anno 1639. è cuius toto corpore cutis tota defluxit ob ærumnas istic toleratas. Alter fuit P. Franciscus Marches, cuius operâ facile quadraginta millia ad Romanam fidem adducta sunt. Decessit Goæ 30. Aug. anno 1639. morbo contracto ab obsequijs charitatis.

Fides.

Lufitanus
Goæ 19
Iunij 1636.
ætat. 77.
Soc. 63.

Post egregiè traditas in Scholis hu-
manas diuinasque disciplinas, anno
1623. 12. Martij consecratus Æthio-
piæ Patriarcha, anno 1624. Goam,
inde in Æthiopiam contendit. In ru-
bri maris ingressu, cum nauæ ven-
tum deficere quererentur, Alphonfus
Litaniis Beatissimæ Virginis cum in-
strumentis musicis cani iussit. Vix il-
las finierant, cum ventus longè prof-
perimus opratò vela impleuit.

Appulsum in Æthiopiam Alphon-
sum Seltan Seguedus Imperator am-
plexu strinxit, & dixit: Nunc dimit-
tis seruum tuum, Domine. Mox Ale-
xandrina superstitio cum Romanæ
fidei veritate passim commutata, non
sine solenni militaris lætitiæ appa-
ratu: Patribus vndeviginti, ac duobus
Coadiutoribus in 13. domicilia distri-
butis, & per annum 1628. facile cen-
tum millibus ex illa gente Christo ad-
iunctis.

Sed cum Faciladas Imperatoris fi-
lius imperium adijisset, felicia rerum
initia interuertit, multis ad extremas

Germanus
Nonisij. 15.
Iunij 1635.
ætat. 63.
Soc. 41.

T.P.

Vacat.

S.S.S. Trin.

XXX. DIE IVNII.

P. LEONARDVS
NUNNEZ.

IACOBVS, SEV DIDACVS
LOPEZ DE
SALAZAR.

Luceans
in Oceano.
30 Junij
174.
B. V.

Fides.

Zelus anim

Scypho felicit.

Pluma.

Fides.

ANno 1549. inter primos de Societate in Brasiliam missus; ubi una cum illis, suis manibus, ac labore, in *MARIÆ* Virginis Adiutricis nomine templum erexit. Tum ad ultimos Brasiliæ fines adiit, Europæis *S. Vincentij* incolis erudiendis. Ibi templum populo, domicilium Socijs extruxit. Ad mediterraneos Ethnicos longo dierum plurium itinere penetravit, ut Europæum hominem fidei deferrorem Christo lucrifaceret. Ibi vanitatem ostendit scyphorum quos humani oris instar formatos, plumisque versicoloribus ornatos habebant in thesauris, facta sibi cum illis cuncta polliciti. Rediit ad sancti *Vicentij* opertâ cum prædâ. In ipso templi vestibulo in periculo capitis cum esset, promptus in genua procubuit, futurus victima. Alias in mari, & sæpè denique vivebat in umbra mortis, quam naufragia, fames, vel homines micaciter intentabant. Huius consuetudine *Petrus Correa*, qui antea Brasiliolos dirè vexarat, Societati se adiunxit, & pro illorum salute mira patravit, in Christi odium postea etiam internectus. Primus item fuit *Leonardus*, qui Romam missus est Procurator, ut *S. P. Ignatio* rerum Brasilicarum statum exponeret.

Illustri stirpe natus in Regno Chilensi, cum 30. annum ageret, auditâ cuiusdam de Societate apud PP. Ord. Prædicatorum exequiali concione, quæ de nobili, ac nuper supra & à nuptiis brevis ad tumulum appulsâ adolescentula habebatur, ad Paris conclave abiit, & humi prostratus lacrymarum plenus, æternitatis consilij animum addixit. Abiecitâ vestium vanitate, magno viribus attonitâ documento, se catenis ferreis, ac cilicijs oneravit. Societatem & in ea perfectionis adipiscendæ studium tanto ardore complexus, ut Magister Novitiorum diceret, illum intra 20. mensium spatium ingens perfectionis curriculum confecisse. Brevis ager, in festo *SS. Patri & Pauli* se Deo per votorum Sacramentum adstrinxit, & postmodum mysterijs ultimis iam munitus, Crucifixo Christo, *Bened.* aiebat, *nostri Domine mi, quam serò concessis fuerim hocce biennio ut te quaererem. Ne me nunc desere, Domine, in hac hora quæso te per hæc vulnera quæ pro me suscepisti, & dato singulis Christi vulneribus oculo, in vulnere lateris, tacuit sui impos. Sibi post horam serè mediam restitutus, Benedictus sis, aiebat, mi IESU, Amen! Aderat confessarius (idem ipse cuius concione permotus Societatem inierat) & num è cælo quidpiam boni haberet interrogatum, ac deliberandum, nec respondentem, vsit, ut obedienter ediceret si quid esset. Ad sacram obedientiæ nomen *Iacobus*, Adfuit.*

Chilensis in
Valparaiso,
30. Junij
ando in-
certo.
ætat. 34.
Soc. 1.

Vocatib.

Novitiorum

Mort.
Christiani

mili

mihī, inquit, Christus Dominus meus,
& mihī dixisse visus est: me esse prae-
destinatum, seque expectare ut cum
illo discedam. Hisce dictis, velut re-
ligione tactus, confiteri petijt, ut si
quid in arcano illo prodendo errasset,
expiaret. Atque illicō dulci quiete

consopitus ad Christum abiit, ut spe-
rare nos iubent praeclara eius virtu-
tis exempla. Episcopus pro concio-
ne illius mortem narrauit: vnde Vrbs
rota confluit ad eius exequias cele-
brandas.



